


65
Paral de
Crisola
de Sanada



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sección:	A
N.º de libro:	43
1903 N.º U.:	356

111808123

del collegio della compagnia de' SS. de granade SB.
SVMMA A. 18501

DOCTRINAE Christianæ.

In usum Christianæ pueritiæ per Quaestiones recens conscripta, et nunc denuò edita.

Iussu & Autoritate Inuictiss. ac Serenissimi
D. Philippi, Hispaniarum, Angliæ, &c.
Regis. Ducis Brabantia, Comitiss
Flandriæ, &c.

Per. Antonio. et. Godefrido. de. S. reg. ca.



ANTVERPIÆ
Excudebat Ioannes Vithagius in
signi Falconis. 155

AD CHRISTIANVM
Lectorem.

Vis cognoscere Christiane Lector,
Quid sincera fides tua exigat, vel
Optet: hūc legito usque & usque librum,
Quem nunc Rex tibi Ferdinandus ipse
Sudavit, tibi quò foret vel ista
Consultum ratione, ne perires.
Quod si verius ipse vis probare,
Edictum poteris videre Regis.

A 2 In-

Index totius libelli

Ordinem & Summam complectens.

Christiana doctrina circa Sapientiam
& Iustitiam versatur.

Ad Sapientiam, quæ ordine sequuntur,
& infra tractantur capita, re-
ferri possunt.

<i>Cap. I. de Fide & Symbolo Fidei.</i>	<i>Fol. 7</i>
<i>Cap. II. De Spe & Oratione Dominica.</i>	<i>14</i>
<i>De Angelica Salutatione.</i>	<i>17</i>
<i>Cap. III. de Charitate, & mandatis Decalogi,</i> <i>cum Ecclesiæ præceptis.</i>	<i>19</i>
<i>Cap. IIII. De Sacramentis.</i>	<i>34</i>

Ad Iustitiæ priorem partem, quæ in ma-
lis fugiendis est sita, pertinent
hæc capita.

<i>De peccatis septem Capitalibus.</i>	<i>68</i>
<i>De peccatis alienis culpa aliqua nostra ad nos</i> <i>pertinentibus.</i>	<i>71</i>
<i>De peccatis in Spiritum sanctum.</i>	<i>75</i>
<i>De peccatis in Cælum Clamantibus.</i>	<i>78</i>
Ad	

INDEX CONTENT. 3

Ad Iustitiæ partem alteram, quæ in bo-
nis faciendis aut consecrandis est
posita, rectè referri pos-
sunt.

<i>Bonorum operum genera triplicita.</i>	<i>83</i>
<i>Opera Misericordia.</i>	<i>90</i>
<i>Virtutes Cardinales.</i>	<i>92</i>
<i>Dona & fructus Spiritus sancti.</i>	<i>94</i>
<i>Octo Beatitudines.</i>	<i>96</i>
<i>Consilia Evangelica.</i>	<i>97</i>
<i>Quatuor hominis novissima.</i>	<i>101</i>

Ad Christianæ doctrinæ totius summam
unico ceu verbo comprehendendam, Ec-
clesiastici sententia notatu di-
gna est, qui ait:

Fili concupiscens Sapientiam, conserva
Iustitiam, & DEVS præbe-
bit illam tibi. *Eccle. 1.*

A 3 Ex-

EXEMPLVM
edi&ti Regis Phi-
lippi.

Philippus Dei gratia
Rex Castellæ, Legionis,
Aragonũ, Angliæ, Franciæ,
Nauarræ, Neapolis, Siciliae,
Maioricarũ, Sardiniae, necnon
Insularum Indiae, & Terræ firmæ
maris Oceani, Archidux Austriae,
Dux Burgundiæ, Lotharingiæ,
Brabantia, Limburgi, Luxemburgi,
Geldriæ, & Mediolani.
Comes Habsburgi, Flandriæ,
Arthesiæ, Burgundiæ, Palatinus
Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Ze-
lan-

landiæ, Namurci & Zutphaniæ.
Princeps Sueniæ. Marchio sacri
imperij. Dñs Phrysiæ, Salinarum,
Mechliniæ, Ciuitatis ac Urbium &
regionis Traiectinæ; citra & ultra
Isalam, & Groningæ. Dominator
Asiæ ac Africae, &c. Vniuersis no-
stris Locumtenentibus, Guberna-
toribus, Præsilibus, Cancellarijs,
& Consiliarijs; Consulibus, Bail-
liis, Præpositis, Prætoribus, Scul-
tētis, Iudicibus, Iusticiarijs, Offi-
cialibus, & eorum vicem gerenti-
bus, gratiam nostram Regiam ac
omne bonum.

Cum hisce periculosis tempori-
bus tantoperè nihil exoptemus, quã
vti omnes homines, maximè verò po-
puli nobis subditi, Diuina fauente
clementia, quietam, compositam ac

tranquillam vitam transigant. Atque huic nihil æque obstare discordia variarum ac perniciosarum opinionum Christianæ religionis omnibus in cōfesso sit, & nobis compertum. Maturo consilio huic malo occurrendum, adeoque id imprimis nostri officij esse animaduertimus. Quare excitis præclaræ vndiq; eruditionis, ac synceræ in Deum fidei viris, necnon vitæ trāsactæ innocentia & integritate claris, cum eis consiliū hoc nostrum seriō contulimus, vt quid factū in tā graui negotio opus esset nobis liberè referrent. Illorum sententia audita arbitramur magni momēti, esse, si rectis ac orthodoxis studijs à pueris tenella illa ætas imbuatur ac catholica fundamenta fidei, sedulò doceatur, illorumque animis instillentur. Quocirca recēs est imbuta semel seruabit odorem

rem testa diu. Cuius nobis, pro dolor, graue satis exemplum hisce posterioribus annis aduersarij nostræ religionis exhibuerunt. Quos certum est summam semper dedisse operam, vt incautam iuuentutē, quæ per ætatem à felle se præcauere malè posset, sub ornatis ac didacticis catechismorum doctrinis inescarēt, varijs, nouis, inauditis animos eorū captantes, ac opinionibus seducētes, qui altius inserti iam profundis actis radicibus ægrè extirpari ab adultis queūt. Quare operæ precium videbatur nostrorum hominum animos quasi salubri antidoto, orthodoxo ac pio Anticatechismo præmunire. Cum id omnino facere deliberati essemus, ac doctos Theologos vt id muneris susciperēt grauius hortaremur: illi nullum cōmodum rem librū tradi posse, nec magis vti-

lem affirmarūt, Catechismo patrui
nostri chariss. Ferdinādi Romano-
rū Hūgarie & Bobemiæ regis, quē
ille haud ita pridē sua authoritate
suis tenendum proposuit. Insuper e-
ius tantā censebant libri esse purita-
tem atque doctrinam, vt qui iuxta
hanc normam fidē ac mores suos in-
stituerit, Deo haud dubiè placeat,
& æternum præmium certò sperare
queat. Proinde hūc Catechismū Bel-
gica Gallicaque lingua traductum
nobis que eximiè commendatum au-
thorissimus, nostrosque subditos vt
diligenter euoluant sepositis alio-
rum consimilium Catechismis ad-
hortamur. Mandantes vobis prædi-
ctis omniū et singulis, vt hunc Cate-
chismum tantū nullumq; alium per
Ludimagistros, Rectores, Pedagogo-
gos in scholis publicè vel priuatim
pro-

proponi, prælegi, ediscendūque tra-
di curetis: quatenus nostram censu-
ram ac grauem indignationem alias
quæpœnas arbitrio iudicum nostro-
rum irrogandas euitetis. Hæc enim
nostra Regia mēs, summaque volun-
tas est. Datum in ciuitate nostra
Bruxella, die decima sexta mensis
Decembris. An. incarnationis Do-
mini .1557. regnorum verò nostro-
rum videlicet Hispaniarum Sici-
liæ, &c. II. Angliæ aut Franciæ &
Neapolis. IIII. Subscriptum erat
per Regem

& Subsignatum

D'ouerloep.

PR

PRIVILEGII IN HÆRE-
ditarias Regis ditiones
Sententia.

Oblata nobis supplicatione Martini Verhasselt Typographi & Bibliopola Louaniensis, qua postulabat sibi potestatem fieri Catechismū iussu & auctoritate Ferdinandi Regis iam pridem editum, in hereditarijs nostris ditionibus imprimendi & venum exponendi, quem Clementiſs. Princeps noster Rex Castellæ, &c. sub nomine Sereniſs. Maiestatis suæ expresse diuulgari iussit Idiome Latino, Gallico & Belgico. Regia Maiestas eius votis annuens, supplicati consentit & permittit ex speciali gratia, iuxta tenorē præsentium, ne alijs ab eo intra spacium triennij Catechismū prænotinatum Latina, Gallica, & Belgica lingua imprimat, imprimendumue curet, absque consensu supplicantis. Qui secus fecerit centum Caroleis & libris à se impressis multabitur. Acta sunt hæc Bruxellæ. XV. Ianuarij. 1557. Stilo Brabantia.

D'ouerloepē.

PRI-

PRIVILEGIUM DVCA-
tus Brabantia.

7

Libello supplici Senatui Brabantia exhibito, relatu est Martinū Verhasselt Typographū & Bibliopolā Louaniensem suppliciter petere, vt Catechismū aut Summam doctrine Christianæ iussu & auctoritate Ferdinandi Regis, &c. editum, atq; à Reuerendo Domino Ruardo Tapper Decano Louaniēsi approbatū, imprimat & distrahatur. Regia Maiestas certior facta de libri approbatione & utilitate, permittit & cōsentit Martino Verhasselt, vt prænotinatum librum imprimat, & per totā Brabantiam & Trāsmosanam ditionem impune distrahatur, inhibens cæteris Typographis ac Bibliopolis, idem opus intra Sexennium excudere, aut alibi excusum venum exponere: præuicatori multa librorum amissionis, & viginti Caroleorum constituta. Actum Bruxellæ. VII Ianuarij. 1557. Stilo Brabantia.

Signatum

Facuez.

SVM-

SVMMA
DOCTRINAE
Christianæ.

De Fide & Symbolo

Fidei. Caput I.

Quis dicendus est Christianus?

Acto. 11.
1. Pet. 4.



QUIESV CHRISTI
veri Dei & hominis saluta-
rem doctrinam in eius Ecclesia
profitetur. Oēs proinde cultus
& sectas, quæ extra CHRI-
STI doctrinam & Ecclesiam ubiuis gen-
tium reperiuntur, ut est Iudaica, Mahome-
tica, hæretica, damnat & detestatur penitus,
qui verè Christianus est, & in ipsa CHRI-
STI doctrina firmiter acquiescit.

Quo compendio Christianam doctri-
nam licet complecti?

Lib. 2. Re-
tractat.
c. 63.

VT nimirum Christianus ea norit & obser-
uet, quæ tum ad Sapientiam, tum ad Lu-
sitiam spectant, Sapientia, sicut & Augusti-
nus

DE FID. ET SYM. FID. 8

nus ostendit, circa virtutes versatur Theolo-
gicas, Fidem, Spem, & Charitatem: quibus pu-
rè colitur in hac vita mortali DEVS OPT.
MAX. Iustitia verò duabus partibus absol-
uitur, declinatione à malo & boni operatione:
ut Propheta inquit Regi⁹: Declina à malo, &
fac bonum. Iam ex hisce fontibus, Sapientia
scilicet & Iustitiæ, non difficulter hauriuntur
cætera, quæcunque Christianæ quidem insti-
tutioni, atque disciplina congruunt.

1. Cor. 13.

Psal. 36.
1. Pet. 3.

Quid primum traditur in doctrina
Christiana?

Fides ianna illa nostra salutis, sine qua De-
um inuenire & inuocare, Deo seruire &
placere nullus in hac vita potest. Credere enim
oportet accedentem ad Deum, inquit Aposto-
lus. Qui verò non crediderit, condemnabitur,
& iam iudicatus est, ex CHRISTI sen-
tentia.

Rom. 10.
Hebr. 11.

Ibidem.

Marc. 16.

Ioan. 3.

Quid Fidei nomine intelligitur?

Fides est Dei donum, quo illustratus homo
firmiter adhæret atq; assentitur ijs, quæ ad
credendum diuinitus reuelantur. Cuiuscemodi
sunt, DEVM esse trinū & vnū, è nihilo crea-
tū mūdum, DEVM factū esse hominē, & pro
hominibus mortē sustinuisse, MARIAM &
vir-

Eph. 1.

Heb. 11.

DE FIDE, ET

virginem & Dei Matrem existere, mortuos
oēs ad vitam excitandos esse, hominem ex aqua
& Spiritu sancto regenerari, totum CHRIS-
TVM in Eucharistia contineri, & id ge-
nus alia, Religionis nostræ veneranda myste-
ria, quæ diuinitus reuelata, non humani sen-
sus captu comprehendendi, sed fide dumtaxat per-
cipi possunt. Vnde Prophetæ: Nisi credideritis,
inquit, non intelligetis. Non enim spectat Fi-
des naturæ ordinem, non sensuum fidit expe-
rientia, non potentia aut ratione humana, sed
virtute et authoritate diuina nititur, illud pla-
nè certum habens, summam æternamq; verita-
tem, quæ DEVS est, nec falli posse vnquam,
nec fallere. Quamobrem id Fidei vel maxime
2. Cor. 10. proprium est, vt in captiuitatem redigat om-
nem intellectum in obsequium CHRISTI:
Luce, 7. apud quem non est difficile, nedum impossi-
bile, omne verbum. Hæc fides, Chrysostomo te-
ste, lumen est animæ, ostium vitæ, fundamen-
tum salutis æternæ.

Quæ est simplex Fidei regula & ve-
luti summa?

Symbolum Apostolorum, in duodecim di-
stinctum Articulis, quemadmodum &
XII. extiterunt præcipui illi post CHRIS-
TVM Christianæ Fidei fundatores sacra-
tissimi Apostoli.

Qui

SYMBOLO FIDEI. 9

Qui sunt Symboli huius articuli?

- I. Credo in Deum Patrem omni-
potentem, Creatorem cœli &
terræ.
- II. Et in IESVM CHRISTVM fi-
lium eius vnicum, Dominum no-
strum.
- III. Qui cōceptus est de Spiritu sancto,
natus ex MARIA virgine.
- III. Passus sub Pōtio Pilato, crucifixus,
mortuus & sepultus.
- V. Descendit ad inferna, tertia die re-
surrexit à mortuis.
- VI. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexte-
rām DEI patris omnipotentis.
- VII. Inde venturus est, iudicare viuos &
mortuos.
- VIII. Credo in Spiritum sanctum.
- IX. Sanctam Ecclesiam Catholicā, san-
ctorum communionem.
- X. Remissionem peccatorum.
- XI. Carnis resurrectionem.
- XII. Et vitam æternam. Amen.

Quid sibi vult primus Symboli
Articulus?

Ostendit nobis primam in Deitate perso-
nam, PATREM scilicet cœlestem &
B æter-



DE FIDE, ET

Gen. 1. *aternum, cui nihil factu impossibile sit vel difficile, qui solo verbo tam visibilia, quam invisibilia cuncta produxit ex nihilo: producta vero usque conseruat atq; gubernat summa cū bonitate ac sapientia: à quo & ad quem omnia: in ipso viuimus, mouemur & sumus.*

Quid habet secundus articulus?

Mat. 1. **C**ommonstrat secundam in Deitate personam, IESVM nomine, hoc est, saluatorem populi sui, & CHRISTVM, id est, vñctum, scilicet spiritu sancto, ac plenum omni gratia & veritate, Mesiam, Regem & Pontificem nostrum, qui primatum tenet in omnibus. *Coloss. 1.* Ostendit eundem esse FILIUM DEI VNICVM, ab aeterno genitum naturalem, consubstantialem & prorsus aequalem Patri secundum diuinitatem. *DOMINVM* verò *Iohan. 10.* *Heb. 1.* *1. Tim. 4.* *Act. 4.* *NOSTRVM*, & omnium verè credentium, ut quos ipse perditos vltro liberauit, ac liberalissimè redemit. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo nos saluos fieri oportet.

Quid credendum proponit tertius articulus?

EVndem testatur Dominum, qui ab aeterno

SYMBOLO FIDEI. 10

no genitus à Deo patre sine matre fuit, propter nos de cælis descendisse, & humanam assumpsissenaturam, qua temporaliter & conceptus sit in Nazareth, & sub Augusto natus in Bethleem, idque sine patre, ex illibata Virgine sic editus, operante scilicet in illa, virtute Spiritus sancti, ut VERBVM caro, & Deus homo fieret, atq; MARIA simul Dei mater et Virgo esset. Hac incarnatio filij DEI, nostra est quodammodo regeneratio, ut maledicti Adæ filij, de immundo concepti semine, purificemur: tam è carnalibus spirituales, ac planè filij Dei efficiamur in CHRISTO. Dedit enim potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.

Quid continet articulus quartus?

Ostendit Christum, ut hominem, verè & extrema passum sub Pontio Pilato iniquo præside: Crucifixum item, & mortuum, & sepultū, cum esset alioquin agnus sine macula innocentissimus. Quæ CHRISTI passio, sanguis, crux, vulnera & mors, peccatoribus consolationem, suauitatem, virtutem & vitā cōtinuè exhibent, si tamen paremus, & compatimur capiti, ut ita simul & cōglorificemur. Consummatus enim factus est omnibus obtempe-

B 2 ran-

DE FIDE, ET

rantibus sibi, causa salutis aeternae: ut scripturam inquit.

Quid credendum profert quintus articulus?

CHRIſTUM docet, postquam mortuus eſet in cruce, ſecundum animam quidē ad inferos uſque penetrāſſe, tum ut mortis ac Sathanae deſtuctorem, tum ut Patrum in limbo ſedentium liberatorem ſeſe declararet: ſecundum corpus autem, tertio poſt die cum triumphator ex inferis redire uellet, ſua ui reſurrexiſſe de ſepulchro, eundem qui pro nobis pependit in ligno, factum iam immortalē ac glorioſum, primogenitum ex mortuis. Quo admirabili opere conſolatur ac docet, electos liberari de poteſtate Sathanae, mortis & inferni: eamque reſurgendi gratiam omnibus offert atq; commendat, ut uerē credentes in CHRISTVM, reſurgant de uitij ad uirtutes, à morte peccati ad uitam gratiae, in fine porro ſaeculorum omnium de morte corporis ad uitam immortalē. Si enim CHRISTVS reſurrexit, & nos reſurgemus.

Coloſſ. 1.

1. Cor. 15.

Quid adfert ſextus articulus?

Acto. 1.

Absolute humanae redemptionis opere, Dominum IESVM oſtendit, poſtquam redi-

SYMBOLO FIDEI.

11

diuinus ille ſuis apparuiſſet, quadrageſimo die in caelum aſcendiſſe, ut ſecundum carnem exaltaretur ſuper omnia. Sedet igitur Dominus IESVS in caelis ad dexteram uirtutis DEI, parem cum patre poteſtatem exercens, gubernans omnia, diuina maiestate prorsus reſplendens, quod eſt nimirum ad patris ſedere dexteram. Haec laeta CHRISTI aſcenſio, noſtrae Fidei ac ſpei certitudo eſt, ut quod caput praeciſit proſtratis ſemel hoſtibus, eodem membra etiam, ſi capiti modò pareant & inhareant ſuo, peruentura eſſe maxime confidamus. Vado, inquit, parare uobis locum.

Ephē. 1.

Mar. 16.

Hebr. 1

Matth. 28.

Hebr. 5.

Ioan. 15.

Quid credendum exhibet ſeptimus articulus?

Proponit extremum iudicij diem, quando CHRISTVS in humana carne rursus deſcendens, tremendum aget iudicem totius orbis, & unicuiq; reddet ſecundum opera ſua. In ſede maiestatis ſuae ad unum omnes, probos ac improbos, ſiue quos iudicij dies illa ui uos adhuc in carne, ſiue antea mortuos reperiet. Hic admonemur, ut eò cautius rectiusq; uiuamus, quod certius intelligimus, noſtras & actiones, & cogitationes omnes uerſari ſemper ob oculos cuncta cernentis & aequiſſimè iudicantis. Ad eò aequus & iuſtus eſt ſeruator

Pſal. 61.

Matth. 16.

1. Cor. 25.

1. Theſ. 4.

Hier. 17.

B 3

ille

DE FIDE, ET

Hier. 17. ille cordium & vindex iniquitatum, ante cuius tribunal manifestari nos omnes oportet, vt
 1. Thef. 4. vnusquisque prout gessit suo in corpore siue bonum, siue malum, sit recepturus.
 2. Cor. 5.
 1. Cor. 15.

Quæ est summa articulorum de se-
 cunda in Deitate persona?

Omnino credi volunt, CHRISTVM
 verum Deum & hominem esse, qui Redem-
 ptionis humane opus perfecit, vt idẽ sit
 ipse nobis via, veritas & vita, per quem salua-
 ti & liberati sumus. De cuius quidem Redem-
 ptionis beneficio, ita præclare scriptũ est: Appa-
 ruit gratia DEI Saluatoris nostri omni-
 bus hominibus: erudiens nos, vt abnegan-
 tes impietatem, & secularia desideria, sobriè,
 & iuste, & piè viuam⁹ in hoc seculo,
 expectantes beatã spẽ, & aduentũ gloriæ
 magni DEI, & Saluatoris nostri IESV
 CHRISTI: qui dedit semetipsum pro
 nobis, vt nos redimeret ab omni iniquita-
 te, & mūdaret sibi populũ acceptabilẽ, se-
 ctatorem honorũ operum. Sic Apostolus
 Paulus. Et alibi rursus idem: Ipsius (DEI)
 sumus factura, creati in CHRISTO IESV
 in operibus bonis, quæ preparauit
 DEVS, vt in illis ambulemus.

Ioan. 14.

Tit. 2.

Ephe. 2.

Quid

SYMBOLO FIDEI. 12

Quid docet octauus articulus?

Subiungit tertiam in Deitate personã, SPI-
 RITVM SANCTVM: qui ex Patre
 Filioq; procedens, vnus cũ vtroque sicut verus, ahan. in
 æternus, & æqualis DEVS existit, ita eadẽ symbolo.
 fide, pariq; cultu & honore, vt illũ quoq; profe-
 quamur, necesse est. Hic ille Paracletus, & Do-
 ktor veritatis, qui corda credentiu illustrat, pu-
 rificat, sanctificat, & in omni sanctitate confir-
 mat. Hic est, qui & adiuuat infirmitatem no-
 strã, & singulis prout vult, varias donationes
 suas distribuit, impertitq;.

Io. 14. 16.

Rom. 8.

1. Cor. 12.

Quid addit articulus nonus?

Ostendit, ECCLESIAM, id est, cum
 eorum Christi fidelium congregationem:
 pro qua CHRISTVS in carne cuncta &
 fecit & pertulit, camq; primò vnã esse in fide
 fideiq; doctrina, & administratione Sacramen-
 torum. Secundo esse SANCTAM, quia tũ
 à Christo capite suo sanctificatur, tum à Spiri-
 tu sancto vsque gubernatur. Tertio esse CA-
 THOLICAM, id est, vniuersalẽ, aded vt
 omnes omnium temporũ locorumq; homines, qui
 modo in Christi fide ac doctrina conueniunt, vno
 quasi materno sinu excipiat, cõcludat, ac saluet.
 Quarto esse in eadem Ecclesia SANCTORVM
 COMMVNIONEM, vt qui in Ecclesia

Cant. 4.

Ephe. 4.

Ephe. 5.

Io. 14. 16.

Mar. 16.

Acto. 1.

Ephe. 4.

1. Sal. 118.

B 4

re-

DE FIDE, ET

1. Tim. 3. *Veluti domo DEI familiaq̄, versantur, societate quandā inter se, & vnionem seruent indiuiduā: & sicuti vnus corporis membra, se inuicē iuuent mutuis officijs, meritis & orationibus. Apud hos est vnitas fidei, doctrina consentiēs, conformis vsus Sacramentorū: qui etiā solliciti sunt seruare vnitatē Spiritus in vinculo pacis. Extra quā cōmunionem (sicut extra Noë arcam) nulla omnino salus mortalibus: non Iudaeis aut Ethnicis, qui fidē Ecclesie nunquam receperunt: non Hæreticis, qui receptā deseruerūt, vel corruperunt: nō Schismaticis, qui pacē & vnitatē Ecclesie reliquerunt: postremò neq̄, Excōmunicatis, qui qualibet alia graui de causa id meruerunt, vt ab Ecclesie corpore, ceu pernicioſa quoddā membra, præscindātur, separenturq̄. Atq̄, istiusmodi omnes, quoniā ad Ecclesiam, eiusq̄ sanctam communionem non pertinent, sanē diuine gratiæ & salutis æternæ non possunt esse participes, nisi Ecclesie, à qua suo illi vitio sunt semel auulsi, primum recōcipientur, atq̄ restituantur. Certa est enim Cypriani & Augustini regula. Non habebit DEVM Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere Matrem.*

Quid proponit articulus decimus?
 Luca. 24. **R**emissionem peccatorum, qua in Catholica duntaxat Ecclesia, virtute Domini

SYMBOLO FIDEI. 13

nica passionis confertur. Ea nobis per Ecclesie Sacramenta donatur & accipitur, vt proinde nulli quantumuis facinoroso, quē modo peccatorum suorum pœniteat, diffidendum sit vnquā de parata sibi gratia, & exposita misericordia DEI.

Quid habet vndecimus articulus?
Carnis resurrectionem, qua in nouissimo die bonis malisq̄ continget, quādo ante CHRISRI tribunal in carne cuncti apparebimus, et recipiat vnusquisq̄, prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum. Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionē vitæ: qui verò mala egerūt, in resurrectionem iudicij, & in supplicium æternum.

Quis est postremus articulus?
Is est, qui ostendit bonis vitam æternam esse propositam, quæ ob omni malorū sensu & metu procul absit, & cælestibus sine fine gaudijs abundet. Vnde CHRISTVS: Nolite timere pusillus grex, inquit, quia cōplacuit Patri vestro dare vobis Regnū. De quo & in extremo iudicij die dicet electis: Venite bene dicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi. Adijcitur demum clausula isthæc AMEN, vt fidei

DE FIDE, ET SYMB. FID.

et confessionis Christianae testimonium apud nos indubitatum esse ac solidum, demonstratur.

Quæ est summa omnium Symboli articulorum?

COrde credo, et ore simul confiteor, Dominum DEVM, quo nihil aut maius, aut sapientius, aut melius potest excogitari, eundem et unum in essentia seu natura diuina, et trinum in personis esse, ut potest Patrem, et Filium et Spiritum sanctum, ita ut hi tres unum sint, verus, æternus, immensus, et incomprehensibilis DEVS: Ex ipso et per ipsum, et in ipso sunt omnia. Huic sanctissimæ simul et indiuiduæ Trinitati, respondent partes Symboli tres præcipuæ: prima de Creatione, secunda de Redemptione, tertia de Sanctificatione. DEVS Pater conditor vniuersorum. DEVS Filius Redemptor hominum. DEVS Spiritus sanctus Ecclesiæ, seu Christi fidelium, sanctificator, custos et rector.

Est ne satis Christiano ea sola credere, quæ complectitur Symbolum?

Primùm ea quidem, quæ Symbolo traduntur, cuius credenda, et apertè profitenda sunt. Secundò et illa, quæ simul vniuersa scriptura

1. Ioan. 5.
Rom. 11.

DESPE, ET ORA. DOM. 14.

ptura diuina seu Canonica complectitur. Tertio itidem, quæ partim ex Symboli articulis, partim ex scripturis eiusdem, velut fontibus ritè deducuntur. Quarto et illa pro sacrosanctis habenda, firmissimamque fide retinenda sunt, quæ Spiritus sanctus credenda nobis reuelat, pronuntiatque per Ecclesiam. Circa hæc enim omnia Fides Christiana versatur: quæ demùm certò et citra hæsitacionem vllam credimus, quæcumque à DEO salutis nostræ causa reuelata sunt Ecclesiæ, siue scripto illa, siue viuæ vocis traditione nobis comendantur. Quæ de re postea dicitur fusius, cum ad Ecclesiæ præcepta ventum erit.

2. Pet. 1.
Tertull. de præf. heretico. Et Vincent. Lirin. cõ. Nouat.

Matt. 1.
2. Tim. 3.
Ioan. 16.
2. Thes. 2.
1. Ioan. 2.

Cap. IIII.

De Spe, & Oratione

Dominica. Caput. III.

Quid est Spes?

Virtus est Diuinitus infusa, per quam certa cum fiducia, nostræ salutis et æternæ vitæ bona expectantur. Cuiusmodi quidem expectatio primùm ex magnitudine gratiæ per CHRISTVM nobis partæ et exhibitæ: deinde verò ex testimonio conscientiæ ac voluntatis bonæ, qua DEI gratiæ cooperamur, prouenit: ut sectatores etiã non ignaui simus bonorum ope-

1. Cor. 13.
Rom. 5.
Tit. 2.
1. Pet. 1.

2. Cor. 1.
1. Ioan. 3.
Tit. 2.
1. Cor. 2.

DE SPE, ET

Ephc. 2. 2. Pet. 1. operum, quæ DEVS præparauit, ut in illis ambulemus, certamq; vocationem & electionem nostram per ea ipsa faciamus.

Quæ sunt nobis speranda?

Matth. 6. 1. Pet. 1. Mar. 11. Luc. 11. **P**ropriè quidem, & præcipuè bona illa Regni cœlestis, quæ nos verè beatos faciunt: generatim autem, quæcūq; rectè desiderantur vel petuntur à DEO, in eum modum scilicet, quæ Dominica nobis commendat Oratio.

Quæ summam in Dominica oratione tractantur?

Aug. in Enchirid. cap. 119. **S**eptem in ea petitiones proponuntur, ad quas referri omnes omnium orationum species, & formæ debent, siue pro expetendis bonis, siue pro delendis peccatis, siue pro auertendis malis diuinam opem imploramus. In prioribus autem tribus petitionibus æterna poscuntur: in reliquis quatuor etiam temporalia, quæ tamen propter æterna consequenda, sunt nobis necessaria.

Recita per partes orationem Dominicam.

Matth. 6. **P**ATER NOSTER qui es in cœlis.
I. Sanctificetur nomen tuum.
II. Adueniat regnum tuum.
III. Fiat

ORATIONE DOM. 15

- III.** Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.
IIII. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
V. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
VI. Et ne nos inducas in tentationem.
VII. Sed libera nos à malo. Amen.

Quid sibi vult initium orationis Pater noster qui es in cœlis?

Pæfatiuncula est, & nos memores reddit summi beneficii, quo DEVS Pater in cœlis perfectissimè regnans, nos hic recipit in gratiam, & propter CHRISTVM Filium in suos quoque filios & regni cœlestis hæredes per Spiritum sanctum adoptauit. Quæ tanti beneficii memoria, non solum attentionem excitat, sed etiam ad redamandum Patrem prouocat filios: ad orandum verò, impetrandumque auget fiduciam.

Quis est sensus primæ petitionis?

In nobis, & aequè in omnibus alijs, promoueri semper & augeri petimus, quicquid ad gloriam summi optimiq; Patris nostri spectat. Id verò fit maxime, quum veræ fidei confessio, &

Rom. 8. Gal. 4.

1. Cor. 10.

DE SPE, ET

Matth. 5. & Christianæ vitæ conuersatio suam in-
bis vim exerit, vt inde alij quoque glorificent
Patrem.

Quid continet secunda petitio?

Rom. 5. **P**etimus, vt solus DEVS per gratiam &
iustitiam regnet in Ecclesia sua, imò & in
mundo vniuerso, eiectionis demùm hinc aduersa-
rijs potestatis, & cupiditatibus malis omni-
bus, quoad fieri potest. Rursum hinc optamus &
1. Pet. 2. precamur, vt ex hoc mundo, veluti è grati pe-
Iob. 7. regrinatione militiaque vocati, quamprimum
Rom. 8. transferamur ad regnum gloriæ & felicitatis
Matth. 25. æternæ, vt cū Christo in sempiternũ regnemus.

Quid includit tertia petitio?

Psal. 102. **R**ogamus, vt sicut in cælo Angeli & Bea-
ti oēs, ita nos quoque in terris, quamuis frá-
giles, exactam Deo præstemus obedientiam, ni-
hil habentes prius, quam vt diuinæ voluntatẽ
1. Pet. 4. subiiciamur, & conformemur per omnia siue in-
Matth. 26. prosperis, siue in aduersis.

Quid habet quarta petitio?

Iacob. 1. **A**B omnis boni authore ac fonte, vt paupe-
Psal. 39. res & mendici, desideramus, quæ ad vitã
Pro. 30. hanc corporis quotidie sustentandam sunt sa-
1. Tim. 6. tis, vt victum scilicet ac vestitum. Præterea
quæ

ORATIONE DOM. 16

quæ ad vitã animæ promouendã faciunt, hinc ex-
petimus: veluti verbũ DEI animæ pabulũ & *Mat. 4.*
ficax, sacrosanctã Eucharistiam, ceteraq; saluti *Ioan. 6.*
fera Ecclesiæ Sacramenta, quæ pascunt, curant,
& confortant hominem interiorem.

Quo pacto intelligitur quinta
petitio?

Hic petim⁹, à labe peccati, quo nihil foedi⁹,
nihil animæ pestilenti⁹ est, clemēter expur-
gari, & ea ipsa quæ peccando contraximus, de-
bita relaxari. Addita verò est conditio, ne alio
quin peccatio frustranea esset, nos videlicet
vindictæ cupiditatẽ deposuisse, cū proximis in
gratiam rediisse, & cuius ex animo noxam om-
nem condonasse. Hoc est, quod alibi dixit veri- *Luc. 6.*
tas: Dimittite, & dimittetur vobis. Et ite- *Matth. 6.*
rum: Si nõ dimiseritis hominibus, nec Pa-
ter vester dimittet vobis debita vestra.

Quid continet sexta petitio?

Quoniam præsens hæc vita, perinde ac mi- *Iob. 7.*
bita est super terram, dum varijs tentatio *Iacob. 1.*
nibus semper impugnamur à Mũdo, Carne, &
Sathana, idcirco præ solliciti diuinam implora-
mus opem, non modo ne succumbamus hisce ad-
uersarijs, atq; succubendo dānemur, sed etiam *Gal. 5.*
vt Sathana resistamus fortiter, contēnamus mū- *Ephe. 6.*
dum, *1. Ioan. 2.*
Iacobi. 4.
1. Pet. 3.

DE SPE, ET

dum, castigemus carnem, atq; ita demum coro-
2.Tim.2. nemur, ut multi milites CHRISTI.

Quid est in septima & postrema
 petitione?

PRecamur ad extremum, ut huius seculi ca-
Tob.2.2. lamitatibus, quibus exercentur etiam pii,
Ecc.27. non sinat nos DEVS perdi, & everti cum im-
1.Tim.2. pijs, sed ut benignitate sua nos liberet ac tnea-
tur, quatenus saluti nostrae congruit, ab omni
malo tum corporis, tum animae, siue in hac vita
siue in futura. Claudimus totam precationem
hac una voce AMEN, ut comprobemus no-
stram in orando simul & impetrandō fiduciam,
tum propter Christi promissionem: Petite, in-
quit, & accipietis: tū propter Patris erga nos
Luc.11. immensam clementiam, & propensam in om-
Roma.16. nis misericordiam,
1.Tim.2. Eze.18.

Quæ est summa orationis
 Dominicæ?

Formulam absolutam continet non solum o-
Aug. serm. randi ac postulandi bona, verum etiam de-
182. de iē. precandi itidem ac fugiendi mala qualibet. In-
ter bona verò primum est illud expetendum,
ut Pater cælestis ab omnibus semper & ubi-
que glorificetur: deinde verò, ut illius Regni
participes efficiamur: tum ut ea nobis media
suppe-

DE ANGELICA SALV. 17

suppetant, quibus ad Regnum DEI commo-
dè peruenitur: ut est, ex parte animæ quidem
nostræ, voluntati diuinæ nos conformare, ex par-
te verò corporis, victum habere necessarium.
Additur secundo loco, quæ ad mala depellen-
daritè postulantur, in primis quidem, ut ab-
sint peccata, bonorum omnium corruptela: ten-
tationes itidem, quæ nos ad peccata impellant
ac pertrahant: ad extremum verò deprecamur
calamitates siue præsentis, siue futuræ vitæ.
Reliqua de Oratione in eum reseruantur lo-
cum, quo bonorum operum gene-
ra triplicia declara-
buntur.

De Salutatione

Angelica.

Cur Deiparam Virginem sa-
 lutamus?

Primum Evangelicis verbis & exemplis
permoti, id facimus, quando nos sic docent
Luc.1. aflatu diuino spiritu magnus Gabriel Ar-
changelus, & præcursoris Domini mater san-
cta Elizabeth. Deinde confirmat nobis hanc sa-
lutandi formulam usus & consensus Ecclesie
perpetuus, quem sancti Patres & Maiores in
hunc usque in diem religiosissime obseruarunt.
 C Quem

DE ANGELICA

Quem fructum ex hac saluatione
consequi possumus?

His verbis admonemur summi beneficij,
quod MARIAM Deiparā aternus Pa-
ter inchoare voluit in CHRISTO, & mi-
do ad redimendū genus humanū exhibere. Qua
re post pia vota, quæ in precatione Dominica
DEO cōmendamus, hic accepta per Christū
gratia memores, nō modò CHRISTI Ma-
trē, sed etiam DEVM Patrem in eadē Virgi-
ne Deipara laudamus, & collatantes Angelis
dicimus: AVE MARIA gratia plena, Do-
minus tecū. Benedicta tu in mulieribus,
& benedictus fructus ventris tui IESVS
CHRISTVS: Sancta MARIA Mater
DEI, ora pro nobis peccatoribus. AMEN.

Psal. 150.

Luca. 1.

*Ex tradi-
tione Ecclē-
siae.*

Quis est horum verborum sensus?

Primū iure gratulamur, & gratulando
prædicamus eam, quæ nobis Eua alteram
præstitit, dum Væ maledictionis, quod illa prior
mundo intulit, hæc partu suo ter felici non su-
stulit modò, sed etiam maledictionem filiorum
Adæ vertit in benedictionem perpetuā. GRA-
TIAPLENA. Talibus nanque decebat Vir-
ginem oppignorare muneribus, ut esset gratia
plena, quæ reddidit cælis gloriā, terris DEVM
pacemq̄, refudit, fidē gentibus, sinē vitijs, vitæ
ordē-

*Gene. 3.
Irenæ. li. 3.*

*Hier. de as-
sum. Virg.*

SALVTATIONE.

18

ordinē, moribus disciplinā. Breuiter, talis MA-
RIA fuit, ut ei' omnis vita omnium disciplina
sit. DOMINVS TECVM. Tecū in corde,
tecū in ventre, tecū in utero, tecū in auxilio, te-
cū ante partum, in partu, & post partum: quia
& virtus Patris obumbravit tibi, & Spiritus
sanctus superuenit in te, & verbum caro fa-
ctum ex te processit, tanquā Sponsus de tha-
lamo suo. BENEDICTA TV IN MV-
LIERIBVS, quia virginitate Sponsa si-
mul & fecūditate Mater existis, quā proinde
summo iure beatam dicunt, semperq̄ dicent om-
nes generationes. Mulier tota pulchra & imma-
culata, virgo ante partū, in partu, & post par-
tū, semper incorrupta, ab omni peccati labe libe-
ra: super cælos omnes exaltata, quæ nec minus
vivificando profuit, quā infelix Eva obfuit
mortalibus occidēdo. ET BENEDICTVS
FRUCTVS VENTRIS TVI IESVS
CHRISTVS, ut qui ex MARIA radice
velut flos ascendēs, & ipso quodammodò terra
fructū se præstitit, & æterna salutis fructū ita
mēbris suis sicut vitis palmitibus succum &
vigorem, suppeditat. Verē beatus venter, qui
portavit & addidit mundo Saluatorē. Verē bea-
ta viscera, quæ de cælo plena, Filium DEI la-
ctauerunt. Et additur demum ab Ecclesia:
Sancta MARIA Mater DEI ora pro no-
bis

MA Ambrō.

August.

Luc. 1.

*Ioan. 1.
Psal. 18.*

*Chrysol-
gus.
Luc. 1.*

*Hiero. con-
tra Helas
id.*

*August.
de nat. &
grat.*

Esaiæ. 111

Ioan. 15.

Luc. 11.

Cant. 2.

bis peccatoribus. Quippe Sanctorum Patrum vestigijs insistentes, præterquam quòd laudabilem, & admirabilem illam Virginem, quæ sicut lilium est inter spinas, salutamus: eandem præterea virtute DEI auctam esse tantam credimus atque profitemur, ut possit prodesse, fauere, annuere miseris mortalibus, dum hi præsertim se, suarumque vota illi ex fide commendant, ac diuinam gratiam gratiosæ Matris intercessionem supplicis expetunt.

In Liturgia.

CHRYSOSTOMVS: Ut verè dignum & iustum est glorificare te Deiparam, & semper beatissimam, & penitus incontaminatam Matrem DEI nostri, honoratiorem Cherubin, & gloriosiore in comparabiliter Seraphin, quæ contra corruptionem DEVM peperisti: verè Deiparam te magnificamus.

Libr. 2. de virginitate.

AMBROSIVS: Sit nobis tanquam in imagine descripta virginitas, vitæque beatæ MARIÆ, de qua velut speculo, refulget species castitatis & forma virtutis. Quid nobilius DEI Matre? quid splendidius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generauit?

In serm. de assumpt. Virg.

AVGVSTINVS: Sancta MARIA succurre miseris iuua pusillanimes, refoue stebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto famineo sexu, sentiant omnes tuum

lena-

Ieuamen, quicumque celebrant tuum nomen. Neque enim dubium, quæ meruit pro liberandis proferre pretium, posse plus omnibus liberatis impendere suffragium.

BERNARDVS: Virgo Regia ipsa est *De laud. Maria. Psal. 18.* via, per quam Saluator aduenit, procedens de ipsius utero, tanquam Sponsus de thalamo suo. Per te accessum habeamus ad Filium ð benedicta, inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis.

De Charitate & De calogo. Caput. III.

Quid est Charitas?

SYNCERA dilectio, qua DEVS propter se dicitur *Matth. 22.* diligitur, & proximus propter DEVM. *Luc. 10.* *Psal. 15.* *Prou. 16.* Diligendus enim præcipue est DEVS in omnibus, & super omnia, & propter se solum, ut qui summum æternumque bonum est, quod solū nostros explet animos: cuius amor & honor, nisi planè simus ingrati, nostræ tum voluntatis, tum actionis omnis initium & scopus esse debet. *1. Cor. 10.* *Luc. 10.* *Mala. 2.* *Eph. 2.* *1. Pet. 1.* Deum de propter DEVM amandus proximus, hoc est, omnis homo, quòd inter nos omnino simus proximi, secundum eiusdem scilicet humanæ

DE CHARITATE, ET

*natura, nec non diuinæ gratiæ communicatio-
nem.*

Quot sunt Charitatis præ-
cepta?

DVo quidem summaria: Primum de diligē-
do DEO, sic in veteri nouaq; Lege pro-
positum: DILIGES DOMINVM DE-
VM TVVM ex toto corde, & ex tota a-
nima tua, & ex tota mente tua, & ex om-
nibus viribus tuis. Hoc est primum & maxi-
mum mandatum. Secundum autem simile est
huic, DILIGES PROXIMVM tuum
sicut teipsum. In his duobus præceptis v-
niuersa Lex pendet & prophetæ, inquit ip-
sa Veritas. Et rursus per Apostolum: Pleni-
tudo Legis est dilectio: & Finis præcepti
est charitas de corde puro, & conscientia
bona, & fide non ficta.

Deut. 6.
Math. 22.
Luc. 10.
Mar. 12.

Rom. 13.
1. Tim. 1.

Quo indicio se prodit sincera
Charitas?

HÆc est Charitas DEI, vt mādāta ei⁹
custodiam⁹, & mādāta ei⁹ grauiā nō
sunt, inquit Ioānes ille CHRISTO dilectus.
Tū CHRISTVS ipse docet: Si diligitis me,
mādāta mea seruāte. Qui habet manda-
ta mea, & seruāte ea, ille est, qui diligit me.

1. Ioan. 5.

Ioan. 4.

Qui

DECALOGO. 20

Qui aut diligit me, diligeretur à Patre meo
& ego diligam eū, & manifestabo ei mei-
psum. Qui nō diligit me, sermones meos
nō seruāte. Cæterum hæc ipsa DEI mādāta
in Decalogo maximè cernimus.

Quo pacto recensentur mandata
Decalogi?

ITa in Exodo legimus:

EGO SVM DOMINVS DE-
VS tuus.

Exodi. 20.
Leuit. 19.
Deut. 5.

- I. Non habebis DEOS alienos corā
me. Non facies tibi sculptile, vt ado-
res illud.
- II. Non assumes nomē Domini DEI
tui in vanum.
- III. Memento, vt diem Sabbathi sancti
fices.
- III. Honora patrem tuū & matrē tuam,
vt sis longeuus super terrā, quā Do-
minus DEVS tuus dabit tibi.
- V. Non occides.
- VI. Non moechaberis.
- VII. Non furtum facies.
- VIII. Nō loqueris contra proximum tu-
um falsum testimonium.
- IX. Non concupisces vxorem proximi
tui.

C 4 X. Non

X. Non domum, non agrum, non feruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt.

Quid sibi vult hoc exordium: Ego sum Dominus DEVS tuus?

Decalogum exorditur DEVS à notitia sui, & ab insinuatione Majestatis suæ, vt certa quedam, & sacrosancta hisce legibus auctoritas constet. Nempè tam serid nobiscum agitur, vt si vnquam salui esse velimus, hic velut in clarissimo speculo, diuinæ Majestatis voluntatem certam contemplemur, agnitamq; Legem illam sanctissimam, adiuuante CHRISTI spiritu, accuratè seruemus. Nec enim præcipit solum, sed benedictionem quoq; promittit, & opem tribuit noster Legislato. Spiritu meum, inquit, ponam in medio vestri: & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Quare cum CHRISTVS etiam præcepisset: Tollite iugum meum super vos, ne quis causaretur difficultatem, adiecit: Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue: ijs videlicet, qui gratia spiritu imbuti, in charitate non ficta ambulant.

Rom. 8.

psal. 83.

Eze. 36.

Mat. 11.

2. Cor. 6.

Quid

Quid complectitur in se primum præceptum?

Prohibet ac damnat idololatriam, obseruationes superstitiosas, & sum etiam artis magica vel diuinatoria. Rursus docet atque exigit, vt nullam prorsus creaturam, quantumuis excellentem, pro DEO habeamus, solum autem vnum, verum, æternum, immensumque DEVM credamus & confiteamur, cui vni tribuatur summus & singularis ille cultus, quem Græci lætæiciæ appellant. Hoc fit, vt super omnia colamus, inuocemus, adoremus summum illud bonum, Opt. Max. Creatorem, Redemptorem, Saluatorem, vnum & immortalem DEVM, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

Leuit. 1.

Esaie. 40.

Deut. 18.

Ecl. 34.

Mar. 12.

1. Cor. 8.

Deut. 6.

Mat. 4.

Esaie. 44.

Oze. 13.

Ephes. 4.

Quomodo præter DEVM Sanctos colimus & inuocamus?

Respondet Augustinus: Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum confocietur, atq; orationibus adiunetur.

Libro. 20.

contra Faust.

stum.

Quod autem hic de Martyribus dicitur, ad omnes etiam Sanctos cum CHRISTO regnantes spectat, non illos quidem vti DEOS Ethnicorum more colendos, neque perinde ac

DE CHARITATE, ET

*Damas.
lib. 4.
Rom. 8.*

DEVM sanctū sanctorū, sed lōgē inferiore modo & gradu: utpote velut amicos, filios, heredesq; DEI, & cohæredes CHRISTI lectissimos atq; beatissimos venerādos. Qui præterea nostræ salutis eo student, fauentq; impēsius, quo sunt in omni charitate, in omni virtute ac celesti gloria perfectiores, quàm hic esse in carne potuissent. Sicut igitur infra DEVM illos plus q̄ vltos in terra mortales rectè amamus, ita eosdem tali, tantāque dignitate auctos honoramus etiam, atque pro Christiana pietate inuocamus: hac tamen cautione semper addita, ut suus haec de viduis nos, summusque cultus, quē λατρεία esse diximus, summo DEO, & Mediatori CHRISTO debitus, integrè conseruetur.

*1. Cor. 13.
2. Cor. 5.
August.
lib. 20. con-
tra Faust.
Amb. li. 1.
de viduis
Euse. li. 4.
Hieron. ad
Riparium.
Basil. de.
40. Marty-
ribus.*

Quod autem hunc in modum Sanctos inuocamus, adeo CHRISTI Saluatoris & Domini nostri gloriam non obscurat, ut etiam magis ac magis illustret, amplifcet, augetq;. Hic enim eximia CHRISTI Redemptoris virtus splendescit ac gloria, quod is non quidem in se tantum, sed in Sanctis etiam suis est, apparetque potens, gloriosus, mirabilis: quod eisdem honorat ipse, nimisq; honorari vult in caelo & in terra: quod per hos itidem & propter hos multa largitur, & parcit sepe immerentibus, ut in Abraham, Isaac, Iacob, David, Hieremia cernimus, qui etiam defuncti viuus profuisse

DECALOGO.

22

fuisse leguntur. Vnde Patres quum de Sanctis loquuntur, suffragatores eos, & intercessores, Patronisque nostros frequenter appellant. Nec immerito sanè, quòd Sanctorum fida suffragia, quum humiliter & piè in CHRISTI nomine implorantur, experientia teste multis optulenter.

*2. Mac. 15.
Basilius.
Chrysof.
August.
Ambro.
Bernar.
Theoph.
in Pau.
Chrysof.
in missa.
Hieron.
contra
Vigilan.
vi. Syno-
dus & 2.
Nicaena.
Euseb.
Niceph.*

Hæc fuit iam olim Ecclesie Orthodoxæ, sicut & nunc est, erga Sanctos constans pietas: hanc doctrinam veluti sacris itidem Synodis, Patrumque per manus ad nos transmissam, & concordibus sententijs, & indubitatis exemplis confirmatam retinent Catholici: obstant licet licet Vigilantiani iam olim condemnati.

Pugnātne cum hoc primo præcepto vsus
receptus imaginum CHRISTI
S T I atque San-
ctorum?

HAud quaquam, quia non sicut Ethnicis solet, adoramus sculptilia, ligna, lapides perinde ac Deos quosdam (id enim hoc præcepto cauetur maxime) sed more Christiano, et mète pia veneramur illic CHRISTVM ipsum & Sanctos, vbi per imagines propositas nobis repræsentantur. Ita tū præfens, tū vetus Ecclesia summo cōsensu docet, comedās nobis pias et venerādas ima-

*Baruch. 8.
Deut. 45.
Leuit. 19.
Gre. lib. 6.
epist.*

DE CHARITATE, ET

Damas. lib. 4. Synod. Nicæna. *Philipp. 2.* *Leuit. 10. Zech. 8. Eccl. 23. Mat. 5. Iacob. 5. Psal. 14.* *animus tunc adsit curis vacuus, qui se libere Hier. 17.*
imagines, ut quarum usum Apostolica etiam
traditione commendatum accepimus, & sacro-
sancta Patrum Synodo approbatū retinemus.
Quapropter damnatus est error Iconoclastarū:
non distinguentium scilicet, inter simulachra
Deorum, & Imagines CHRISTI, atque
Sanctorum. Neque rationem isti habent tem-
poris gratiæ, seu nouæ Legis, quo DEVS ho-
mo factus, imaginem similitudinemq̃ suam in
titio à se creatam ipse induit, atq̃ in ea se nobis re
presentauit.

Quid nobis præscribit secundum
præceptum?

Leuit. 10. Zech. 8. Eccl. 23. Mat. 5. Iacob. 5. Psal. 14. *animus tunc adsit curis vacuus, qui se libere Hier. 17.*
Prohibet abusum diuini nominis & irre-
 uerentiam, ut quæ committitur à periur-
 ris, blasphemis, & per DEVM, Sanctos, vel
 sacra temerè iurantibus. contra illud: Sic ser-
 mo uester, est est, non non. Requirit autè,
 ut iuxta rectum linguæ usum, ingentem reue-
 rentiam diuino nomini exhibeamus, iuramen-
 ta seruemus, tum Verbum DEI tractemus
 reuerenter.

Quid impetrat tertium præ-
ceptum?

Exodi. 30. Leuit. 23. *animus tunc adsit curis vacuus, qui se libere Hier. 17.*
Postulat Sabathum, seu diem festum in E-
 clesia, pijs operibus transigi. Vult igitur, ut
 ani-

DECALOGO.

23

animus tunc adsit curis vacuus, qui se libere Hier. 17.
 transferat ad cultum interiorum & exteriorum
 DEO præstandum in fide, spe & charitate:
 Vult, ut expediri diuina meditemur benefi-
 cia, tractemus sacra, oremus & adoremus DE
 VM, publicè cum alijs in Spiritu & verita-
 te. Prohibet autem diebus festis laborare, & *Ioan. 4.*
 occupationibus deditum esse prophanis, ut otio
 sancto vacemus, ad eundem templum, & audien-
 do publicum Ecclesiæ sacrum seu Missam, & *De conf. dist. 1. & 3.*
 statam concionem, quemadmodum hoc præce-
 ptum Ecclesia interpretatur.

Quæ summa est horum trium
præceptorum?

animus tunc adsit curis vacuus, qui se libere Hier. 17.
Hæc tria priora quidè præcepta, quæ sunt
 primæ tabulæ, nos eò instituunt, ut ve-
 rum DEO cultum præstemus, interiorum sci-
 licet & exteriorum in corde, ore & opere, prima
 tim & publicè. Reliqua septem, quæ porrò se-
 quuntur, præcepta dicuntur secundæ tabulæ,
 in hoc addita, ut nostrum erga proximum offi-
 cium explicent.

Quid proponit & iniungit quar-
tum præceptum?

animus tunc adsit curis vacuus, qui se libere Hier. 17.
Docentur hic tum filij, tum subditi, quid *Ephe. 7. Rom. 13. Heb. 13.*
 suis debeant parentibus & maioribus, id
 est,

DE CHARITATE, ET

1. Tim. 6.
1. Pet. 5.

est, omnibus qui dignitate & potestate quadam præcellunt: siue in politicis, siue in Ecclesiasticis magistratibus gerendis. Debent autem his ipsis tum interiorem, tum exteriorem quandã reuerentiam & obseruantiam, opem itidem & obedientiam. E regione cauetur, ne quacunq; ratione vel offendamus, vel contristemus personas eiusmodi sublimiores, siue verbis id fiat, vel signis, siue factis.

Quid includit quintum præceptum?

Matt. 5.
Deut. 5.

Non solum externam prohibet cædē, & vim omnem, quæ corpus & vitam lædit proximi, sed etiam excludit iram, odium, rancorē, indignationem, & quosuis internos affectus ad proximi læsionē propensos. Requirit verd animi mansuetudinē, humanitatē, clementiam, comitatem, beneficentiam: vt iniuriarum facillē obliuiscamur, non expetamus vindictam, sed condonemus nobis iniucē offensas, sicut in Christo DEVS nobis donauit.

Roma. 12.
Eph. 4.
1. Cor. 13.

Quid habet sextum præceptum?

Matt. 5.
1. Cor. 6.
Matt. 5.
Eph. 4.
& 5.

Prohibet fornicationem, adulterium & omnem concubitum in legitimū, ac impuram quacunq; libidinem. Caueri præterea & præsciendi vult occasiones, quæ carnis libidini iritant

DECALOGO.

24

ritant ac fouent, vt sunt obscena verba, cantilena inhonestæ, gestus minimè casti. Requirit ex aduerso fidem in coniugio, tum pudicitiam omnem: siue cordis in cogitationibus & desiderijs, siue corporis in lingua, facie, oculis, auribus, tactu, atque in omni demum habitu, cultuq; corporis.

1. Pet. 2.
1. Thef. 4.
Heb. 13.
1. Tim. 2.
1. Pet. 3.

Quid docetur in septimo præcepto?

Prohibetur hic omnis rei alienæ illicita contentio & usurpatio, sicut per furtū, rapinā, usuras, lucra iniusta, dolum malum, & quosuis contractus, quibus Christiana charitas læditur, ac proximus fraude circumuenitur. Exigit è regione hoc præceptum, vt in omni negotio seu commertio inuiolata seruetur æquitas, & proximi utilitas, sicubi sese offerat occasio, promoueatur.

Eph. 4.
1. Cor. 6.
Luc. 6.
1. Thef. 4.
1. Thef. 4.
Luc. 6.
Eze. 17.

Quid in octauo præcepto comprehensum est?

Prohibemur eo falsum, dolumque testimonium in quenquam proferre, & quoquo modo proximi causam in iudicio subuertere, vel etiã extra iudiciū famam illius ledere: vt scilicet à susurronibus, detractoribus, maledicis, adulatoribus, Breuiter, omne mendacium, & omnis

Exod. 15.
Leuit. 19.
Deut. 5.
16. 19. 27.
Pro. 12.
Pro. 4. 24.
Iacobi. 4.
1. Pet. 2.
Eph. 4.
Iacobi. 3.

DE CHARITATE, ET

Ephe. 4. omnis lingua contra proximum abusus hic excluditur. Docemur interim de proximo bene & commodè loqui, nempe ad illius defensionem & utilitatem, sine fucō, simulatione, insidiisue.

Pro. 17.
& 18.
Matt. 12.
Colof. 4.
Ephef. 4.

Duo postrema præcepta quid continent?

V Etant concupiscentiam uxoris ac rei aliena: ut non solum ab uxore aliena, illicitis commercijs, & aperta externaq; iniustitia nos abstineamus, sed ne voluntate quidem nocemus cuiquam, aut nocere delibremus. Exigit igitur utrunq; hoc præceptum, cordis sinceritatem & benevolentiam erga omnes integram, ut quæ in rem & salutem proximi sunt, optemus ex animo, neque cupiditati unquam cum leui etiam alterius iniuria consentiamus.

Dent. 5.
Eccle. 5.
Matt. 5.
1. Thef. 4.
Iacob. 1.
Esaie. 1.
Ephef. 4.
Colof. 3.
Eccle. 18.

Quò demùm referenda sunt mandata Decalogi omnia?

AD CHARITATEM, quam nobis geminam quoque duæ tabulæ, quibus DEI digito mandata hæc inscripta fuerunt, commendant. Docent enim mandata primæ tabulæ, quæ ad charitatem DEI: mandata verò secundæ tabulæ, quæ ad charitatem Proximi spectant. Hæc est autem Charitas DEI, ut mandata eius custodiamus. Qui enim dicit se nosse

Aug. lib. 2. super. Exo.
1. Ioan. 5.

DECALOGO. 25

nosse DEVM, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc Charitas DEI perfecta est, in hoc scimus, quoniã in ipso sumus. DEVS charitas est, & q manet in Charitate, in DEO manet, & DEVS in eo. Hæc Ioannes Apostolus. Rectè igitur dictum accepimus: Probatio dilectionis seu Charitatis, exhibitio est operis.

1. Ioan. 2.
1. Ioan. 4.
Gre. in He.

Vnde Charitatis argumenta & officia propria dignoscuntur?

Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam.

1. Cor. 13.

Non inflatur, non est ambitiosa.

Non querit, quæ sua sunt.

Non iritatur, non cogitat malum.

Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.

Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Sic Charitate CHRISTI flagrans Apostolus ille Paulus.

Rom. 8.

Elige ergo vitam, ut & tu viuas, & fermen tuum (testatur Diuinum Oraculum) & diligas Dominum DEVM tuum, atque obediās voci eius, & illi adhæreas. Ipse enim

Deut. 10.

D nim

DE PRÆCEPTIS

nim est vita tua, & longitudo dierum tuorum. *Breuiter, ut CHRISTI quaque doctrinam Legi respondentem accipias: Si* *Math. 19.* vis ad vitam ingredi, serua mandata. Hoc *Luc. 10.* fac, & viues.

De Præceptis

Ecclesiæ.

Sunt'ne præter Decalogum alia præcepta Christianis obseruanda?

Jacobi. 4. **S**unt utique, quando *Math. 23.* *Math. 19.* *Ioan. 20.* *Luc. 10.* *Math. 18.* *3. Reg. 8.* *In Math.* *Math. 18.* *ver-*
Magister noster CHRISTVS non solum docuit præcepta Decalogi, sed etiam in vniuersum præcepit, quæ ad obedientiam Apostolicis & Ecclesiasticis mandatis præstandam spectant. Hinc extant Euangelicæ illæ sententiæ: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit, & cætera. Si non audierit eos, dic Ecclesiæ: Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Vbi summum, atque extremum iudicium CHRISTVS defert, deferriq; iubet ad Ecclesiam, id est, ad Ecclesiæ Præpositos & Rectores, sicut Chrysostomus interpretatur, &

ECCLESIAE.

26

verba Euangelij mox sequentia declarant, conuincuntq;. Proinde nec frustra scriptum est de *Act. 15.* *Apostolo Paulo: Perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & Seniorum.*

Cuiusmodi porro sunt, Apostolorum Seniorumq; præcepta, quæ Paulus custodire iussit?

Pauli discipulus *De Eccles. Hierar. Et Basili. de Spiritu sancto. 1. Ioan. 4.* *Dionysius Areopagita testatur, duplicis ea generis esse, partim scripta, partim non scripta. Ad vtrumq; genus pertinet, quod Ioannes affirmat Euangelista: Qui nouit DEVM, audit nos: qui non est ex DEO, non audit nos: in hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & Spiritum erroris. Ac primum quidem genus, quod literis mandatur, scriptisq; legibus constat, satis est perspicuum. Posterius verò circa præcepta & instituta ea versatur, quæ vno Traditionum nomine comprehenduntur, & sic à Patribus nuncupari solent. Non enim scripte, vti superiora, sed vniu. voce tradita, & vti per manus à Maioribus ad nos transmissa, Ecclesiæq; commendata retinentur.*

D 2

Est'ne

DE PRÆCEPTIS
 Est ne vtrunque hoc præcepto-
 rum genus obseruatu
 necessarium?

Est planè, si Doctorem Paulum sequimur.
 Itaque fratres state, inquit, & tenete
 Traditiones, quas didicistis, siue per ser-
 monem siue per epistolam nostram. Vnde
 laudat hoc nomine Corinthios, quòd Aposto-
 lica præcepta, quæ vna voce tradita iam acce-
 perant, sedulo custodirent. Atque hoc est, quod
 sacrosancta Synodus Nicæna diuina scriptura
 consonans, verbis tam luculentis expressit: O-
 portet nos Ecclesiasticas Traditiones, siue scri-
 pto, siue consuetudine in Ecclesia retentas, vna
 nimitè & inuolabiliter obseruare.

2. Ihes. 2.

1. Cor. 11.

2. Nic. cons-
 tra Icono-
 machos.

Quomodo cognoscemus, quæ sunt Apo-
 stolica & probatæ in Ecclesia
 Traditiones?

DE his nobis regulam obseruatu dignissi-
 mam Augustinus præscribit. Illa, inquit,
 quæ non scripta, sed tradita custodimus,
 quæ quidem toto terrarum orbe seruantur, da-
 tur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plena-
 rijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberr-
 ima authoritas, commendata atque statuta re-
 tineri. Sic idem rursus docet cõtra Donatistas:
 Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilijs in-
 sti-

In Epist.
 ad Iannas-
 rium.

De bap-
 tism. con-
 tra.
 Donat. li.
 4. c. 24.

ECCLESIAE. 27

stitutum, sed semper retentum est, non nisi au-
 thoritate Apostolica traditum rectissime credi-
 tur. Consonat Leo ille magnus, cù ait: Dubi-
 tandum non est, quicquid in Ecclesia in consue-
 tudinem est deuotionis retentum de Traditio-
 ne Apostolica, & de sancti Spiritus prodire do-
 ctrina.

Serm. 2. de
 Ieiu. et
 Pen.

Exempla profer Traditionum Apostoli-
 carum, quæ Christianis obser-
 uandæ demandan-
 tur?

Hoc loco, vt veritas indubitata constet,
 exempla quædam à sanctis petemus Pa-
 tribus, qui vel ante mille annos fidem publi-
 cam meruerunt. Nimirum secundum Traditio-
 nem Origenes a & Augustinus b docent, Pa-
 uulos esse baptizandos: Dionysius c & Tertul-
 lianus d ostendunt, precationes & oblationes
 pro defunctis ad altare fieri oportere. Hinc Hie-
 ronymus e & Epiphanius f statas Ecclesie ie-
 iunationes, præsertim Quadragesimæ, obseruan-
 das esse cõmonstrant. Sic etiã Ambrosius g &
 Chrysostomus h eorum dignitatem adstruunt,
 quæ in sacro Missæ officio solemniter peragun-
 tur. Tum præter Damascenũ Patres quos Ni-
 cæna Synodus secunda citat, eadem ratione te-
 stantur, quòd CHRISTI & Sanctorum machos.

a In ca. 6.
 ad Roma.
 b Lib. 1. de
 orige. anti-
 me.
 c De Eccl.
 Hierarch.
 d De coro.
 milit.
 e Ad Mar-
 cellum.
 f Contra
 Aërium.
 g In officio
 Mediotanæ
 h In Litur-
 gia.
 Lib. 4. Cõ-
 tra Icono-
 machos.

D 3 eius

De spiritu
sancto.
cap. 27.

eius imagines deceat venerari. Demum ut cæteros omittamus, Magnus ille Basilius ob traditionem retineri vult sacrū Chrisma, aliasq̄ solennes ceremonias, quæ Sacramentis sanctissimis adhibentur.

Ibidem.

Et addit Basilius: Si instituta consuetudinesq̄ nō scriptas, tanquā in eis vis magna nō in sit, semel repudiare aggrediemur, clam ac pedentim ratas ipsas Euangelij sententias improbabimus, aut potius ad mane nomen eius prædicationem contrahemus. Sed Apostolicū existimo ait, in ijs etiam Traditionibus, quæ scriptæ non sunt, permanere.

cap. 29.

Quantum hodie circa traditionum huiusmodi dignitatem & auctoritatem aberratur?

PLurimum. Graviter enim erratur circa doctrinam de hisce Apostolicis & Ecclesiasticis Traditionibus, dum eas plerique contemnant, alij negligunt: aut certè pluris faciunt, quam cæteras Magistratum Politicorum constitutiones, & hæc instituta esse hominum fingunt, quæ vel observare, vel obmittere liberum sit, exiguaq̄, aut nullius omnino frugis: ipsi ἀδιάφορα vocant. Sunt, qui uniuersas ferè Traditiones eiusdem esse ponderis velint, atque adeo fœdè commiscant Scripturæ loca, perinde

inde ac idem sit iudiciū de Traditionibus Pharisæicis & Apostolicis, de Iudaicis & Ecclesiasticis, de priuatis seu particularibus, & ijs, quæ totius Ecclesiæ consensu receptæ, communique piorum v̄su passim comprobatæ inueniuntur.

Quid verò de ijs iudicandum, qui Ecclesiæ Traditiones repudiant, ac pro nihilo habent?

HOs verbum DEI redarguit, cum Traditiones observandas esse decernit: cum iubet Ecclesiam audire, & apostolorū, Seniorūq̄ præcepta custodire. Verbum DEI subijcit nos Magistratibus cum Politicis tum Ecclesiasticis, modestis iuxta & discolis, idq̄ propter conscientiam: horum legibus deferri vult & reuerentiam, & obedientiam maximam. Obedite, inquit, præpositis vestris, & subiaccete eis: Omnia quæcūq̄ dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera verò eorum nolite facere. Quapropter isti non tam homines spernunt, quam DEVM ipsum Optimam. Max. quem in Apostolis, horumque successoribus audire ac reuereri sanè oportebat. Ita resistunt planè Verbo DEI, dum potestati & ordinationi DEI resistunt: & hinc, si Paulo

2. Thef. 2.
1. Cor. 11.
Matth. 18.
Act. 15.
Rom. 13.
Matth. 22.
1. Pet. 2.
Rom. 13.
Tit. 3.
Heb. 13.
Matth. 23.
1. Thef. 4.
Luc. 10.
Ioan. 20.
Matth. 10.
1. Cor. 13.
Rom. 13.

D 4 cre-

DE PRÆCEPTIS

Basil. c. 27. credimus, sibi damnationem acquirunt. Nimirum divina est isthac ordinatio, nec aboleri potest humana auctoritate, ut certis legibus, usq; partim scriptis, partim non scriptis, quas Apostolica nobis commendat Traditio, Ecclesia regatur, dogmata conseruentur, Religio vmdicetur, disciplina retineatur.

Quid Patres hac de re iudicant?

In cap. 3. Epist. ad Titum.
Origenes, qui celebris et peruetustus est author, in hac verba scripsit: Hæreticus nobis habendus est omnis ille, qui CHRISTO se credere profitetur, & aliud de veritate Christianæ fidei credit, quam habeat definitio Traditionis Ecclesiasticæ. Idem verò alibi: Illa sola credenda est veritas, inquit, quæ in nullo ab Ecclesiasticâ discordat Traditione. Et Hieronymi verbum est: Ego illud te breuiter admonendum puto, Traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ Fidei non officiunt, ita obseruandas, ut a Maioribus traditæ sunt. Augustinus verò ita docet: Si quid diuinæ scripturæ præscribit auctoritas, non est dubitandum, quum ita facere debeamus, ut legimus: similiter etiam, si quid per orbem frequenter Ecclesia. Nam hoc, quum ita faciendum sit, disputare, insolentissimæ insanicæ est. Tum rursum:

ECCLESIAE.

29

Sus: In his rebus, de quibus nihil certi statuit Scripturâ diuinâ, mos Populi DEI, vel instituta Maiorum pro lege tenenda sunt. Et sic prauaricatores diuinarum legum, ita contentiores Ecclesiasticarum consuetudinum coecenda sunt: Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia DEI.

Agè verò, quid est Ecclesia?

Ecclēsia est omnium CHRISTI fidem atque doctrinam profitentium vniuersitas, quam Princeps ille Pastorum, tum Petro Apostolo, tum huius successoribus pascendâ tradidit, atque gubernandam.

Quæ nam Ecclesiæ dignitas est, atque auctoritas?

Multis & eximijs sanè dotibus, promissionibus ac beneficijs illustrat DEVS Ecclesiâ suâ, qua nihil habet in terris charius. Hæc usque ornat, conseruat, defendit, vindicat: hæc porrò constituit esse domum suam, in qua omnes filij DEI foueantur, doceantur, & exercentur: Voluit esse columnam & firmamentum veritatis, ut de illius non dubitemus doctrina, quæ tanquam Magistra, custos, & interpretres veritatis, fidem atque auctoritatem ob-

D 5 tinct

DE PRÆCEPTIS

Matt. 16. tinct inuiolabilem. Præterea fundatam esse su-
 Ephe. 2. pra firmam petram decreuit, vt certi essemus,
 Pſal. 86. eam immobilem inconcuſſamq; stare, atque mſe-
 rorum etiam portis inexpugnabilem præuale-
 re. Demum vult eam ſanctiſſimam quandam
 Apo. 21. eſſe ciuitatem ſupra montem poſitam, omnibūſ-
 Plal. 86. que conſpicuam atque aditu ſacilem: ne quis
 Matt. 5. ea relicta peſtiferas ſpeluncas, latebrasq; conſe-
 Malac. 1. ctetur, atque inſanis illis vocibus: Ecce hic
 Acto. 1. eſt Chriſtus, ecce illic, fortè percuſſus, ab ea
 Pſal. 21. diuertat, aut dimoueat. *Hæc eſt, quam Scriptura nobis proponit at-
 1. Ioan. 2. que commendat, CHRISTI amica, ſoror,
 Matt. 24. & ſponſa vnica: pro qua redimenda, mundan-
 & ibidem da, congreganda, ſanctificanda, & prorsus ad-
 Origen. iungenda ſibi, FILIUS DEI nihil non fe-
 Cant. 4. cit ac periculit, vt Corpus, Sanguinemq; ſuum
 & 6. ſacrosanctum illius amore tradiderit. Pro hæc
 Ephe. 5. rogauit & impetrauit, vt fides, vnitas, & fir-
 Ioan. 11. mitudo eius deficeret nunquam. Huic promi-
 Ioan. 17. ſit, fideliterq; tranſmiſit, & reliquit Doctorem,
 Luc. 22. Præſideri ac rectorem SPIRITVM SAN-
 Matt. 16. CTVM. Ille, inquit ipſa Veritas, docebit
 15. & 16. vos omnia, ille ſuggeret vobis omnia
 Acto. 2. quæcunq; dixerō vobis: ille docebit vos,
 Ioan. 14. & ſemper docebit omnem veritatem, ſci-
 & 16. tu videlicet crediturq; neceſſariam.*

Per

ECCLESIAE.

30

Per quos tandem nos docet Spiritus in Ecclesia veritatem?

Per eos planè, quos *Apoſtolus reſtat* vt *Eccle-*
Spiritu ſancto eſſe conſtitutos, vt Eccle-
ſiam regant: eoſdemq; vocat Episcopos, Præpo-
ſitos, Paſtores itidem atque Doctores. Qui poſt
Apoſtolos fuere ſemper, ac etiamnum ſunt, pri-
marij DEI Eccleſiæq; miniſtri, & ſummi di-
ſpenſatores myſteriorum DEI. Horum verò
authoritas in ſacris Synodis quã maxime cerni-
tur, vbi de Fide ac Religione illi nõ modo defini-
re quædam, ſed ſuo etiã iure, ac pro authoritate
Apoſtolica conteſtari poſſunt, ac dicere. VI-
SVM EST SPIRITVS SANCTO ET
NOBIS, ſicut ex actis conſtat primi Concilij
Hieroſolymis celebrati.

Quorſum verò ſpectat diuina iſthæc or-
 dinatio, vt Paſtores & Doctores
 in Eccleſia conſer-
 uentur?

Non parum utilis ac ſalutaris eſt nobis di-
 uina hæc ordinatio, ſeu inſtitutio. Prodeſt
 enim ad conſummationem Sanctorum in opus
 miniſterij, in ædificationem corporis CHRI-
 STI: Itè, vt non ſumus parui fluctuantes, &
 circumferamur omni vento doctrinæ, in nequi-
 tia hominum, in aſtutia ad circumuentionem

erro-

Acto. 20.
 1. Tim. 3.
 Heb. 13.
 Ephe. 4.
 1. Cor. 12.
 Ex Cano.
 Apoſt. 33.
 & 37. &
 28.
 1. Cor. 4.
 Ex. 36. Ca-
 no. Apoſt.
 Auguſt.
 ad Iannua-
 rium, Epi.
 118.
 Act. 15.

DE PRÆCEPTIS

*erroris: quin potius, ut veritatē facientes, cre-
scamus in illo per omnia, qui est caput nostrū*

Ibidem. CHRISTVS, *ut apud Paulum legimus.*

Quo pacto insignes hos fructus
consequemur?

Ita nimirum, si non alit̄, sed sobriē sapiamus,
sollliciti semper seruare unitatem Spiritus in
vinculo pacis, ut nosmet oves CHRISTI
humiles, obediētesq; præstemus. Quarum sanē
oniam illud est proprium, Lupos fugere: nec a-
licenos, sed suos Pastores sequi: illis velut Ordī-
narijs ouibus Dominici præfectis sese submitte-
re, in illis audire spiritum Veritatis. Is est, qui
per malos etiam præpositos Dominicum gre-
gem docere, pascere, & cōseruare dignatur: quidq;
per eosdem, tum DEI Patris, tum Ecclesiæ
Matris præcepta nobis his verbis commendat:
Audi Fili mi disciplinam Patris tui, & ne
dimittas Legem Matris tuæ.

Quæ sunt præcepta Ecclesiæ?

Precipua quinque numerantur, cuique
Christiano & scitu, & obseruatu certē ne-
cessaria.

I. a Statutos Ecclesiæ festos dies cele-
brato.

a Concil.
Lugdancū

II. b Sa-

ECCLESIAE.

31

- II.** b Sacrum Missæ officium diebus fe-
stis reuerenter audito.
- III.** c Ieiunia certis diebus, temporibuf
que indicta obseruato, ut in Qua-
dragesima, Quatuor anni tempori-
bus, & Festorum quorundam so-
lennium pridianis diebus, quos Ma-
iores nostri, d quod iisdem tempo-
ribus in templis peruigilaretur, Vi-
giliis appellarunt.
- III.** e Peccata tua sacerdoti proprio an-
nis singulis, confitetur.
- V.** f Sacro sanctam Eucharistiā ad mi-
nimum semel in anno, idq; circa
Festum Paschæ, sumito.

b Ex Con-
+7. & 21.
Concil.
Agathen.
c Ex. 68.
Cano.
Apost. &
Conc. Gall.
gren. &
Moguntia
co. & Sale
gustadun.
d Tertull.
ad vxorē
lib. 2. & in
Apolog.
e Ex concil.
Lateranē.
c. 21.
f Ibidem.

Quem fructum adfert horum præce-
ptorum obseruatio?

Hæc & eiusmodi reliqua Ecclesiæ tum
instituta, tum præcepta tot sæculis recepta,
magnosq; piorum consensu & usu confirmata,
pietati atque rationi valde consentanea, insi-
gnes secum adferunt commoditates. Quippe Fæ-
deris dei, humilitatis, & obedientiæ Christianæ salu-
taria sunt exercitia: honestam disciplinam &
concordiam populare promouēt: Religionis pul-
chra extant symbola: nota & indicia interioris
nostræ pietatis, quibus ad ædificationem & bo-
nis

phil. 4.
1. Cor. 14.
Matt. 5.
Roma. 15.
philip. 2.

DE PRÆCEPTIS

nis collucere, & malis præluere oporteat. Breuiter, eò nos promouent, vt Apostolicus ille
 1. Cor. 14. Canon: Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis, ad vnguem obseruetur.

Vbi necessaria est nobis Ecclesiæ
 autoritas?

Ad Dama Primùm in eo quidem, vt Scripturas Ca-
 sum in nonicas & veras ab adulterinis cerdè di-
 Symbo. scernamus. Vnde testatur Hieronymus: No-
 in lib. Maz scabæorũ. uum & vetus Testamentum recipimus in illo
 rum librorum numero, quem sancta Ecclesia

Cõtra Epi. Catholica tradit autoritas. Et Augustinus:
 Manichei Ego verdè inquit, Euangelio non crederem, nisi
 Vincent. me Catholica Ecclesiæ commoreret autoritas.
 Lirinen. Deinde vt constet de vero Scripturæ sensu, &
 Cõtra No. apta interpretatione: ne aliquum sine fine dubi-
 uatores. temus, vel disceptemus de verborũ sententia.

Lib. 1. de Omnes enim Hæretici, vt scripsit idem Augu-
 Trinitate. stinus, ex sacris Scripturis falsas atque fallaces
 opinionones scissas conantur defendere. Atqui non
 in legendo, sed in intelligendo Scripturæ consi-
 stunt, Hieronymo teste.

Aduersus Tertiò, vt in grauioribus de fide questioni-
 Luciferia. bus atq; cõtrouersijs, qua possunt incidere, index
 Dent. 17. & moderator adsit. Verissimum est enim quod
 Acto. 15. contra Hæreticos docet Epiphanius, à diuina

Scri-

ECCLESIAE.

32

Scriptura non posse accipi omnia. Et sicut Au-
 gustinus affirmat: Palam est, quod in re dubia
 ad fidem & certitudinem valeat authoritas
 Ecclesiæ Catholicae. Non enim deesse potest Ec-
 clesiæ Spiritus, qui ipsam in omnem ducit veri-
 tatè, sicut CHRISTVS ipse promisit. Rur-
 sus, vt pro ratione personarum, locorum & tẽ-
 porum Canones constituantur, disciplina inte-
 gra conseruetur, aciura dicantur. Dedit enim
 hanc potestatem DEVS Ecclesiæ ad adifica-
 tionem, & non ad destructionem.

Præterea, vt quæ CHRISTVS insti-
 tuit coërcendi & excommunicandi potestatem,
 qua Paulus etiam est vsus, pernicaces sentiãt,
 ipsaq; corrigantur & comprimantur. Hinc Au-
 gustinus, Eis inquit, per quos Ecclesia regitur,
 adest salua pace potestas disciplinae aduersus
 improbos aut nefarios exercenda.

Iam, vt cetera omittamus, in omnibus his
 profectò quæ dicta sunt, Ecclesiæ autoritatem
 non solùm vtilem, sed etiam necessariam esse
 adeò constat, vt sine illa nihil aliud Chri-
 stiana Respublica, quàm confusio Babylo-
 nica possit existimari. Proinde sicut Scrip-
 turæ propter testimonium Diuini Spiritus in
 illa loquentis credimus, adheremus, ac tribui-
 mus maximam autoritatem: sic Ecclesiæ fi-
 dem, reuerentiam, obedientiamque debemus,
 quòd

Cõtra Apos-
 tolicos.
 Cõtra Maz-
 nichæos.

Ioan. 14.
 & 16.
 Cãno Apo.
 33. 36. 38.
 2. Cor. 10.
 Mat. 18.
 Ex Canon.
 Apost. 10.
 11. 12.

Lib. de fide
 & operib.

2. Pet. 1.
 2. Tim. 3.

Matth. 18.
 Ioan. 14.
 & 16.

Affo. 2.
Ephē. 4.
1. Tim. 3.
quòd eo ipso Spiritu à CHRISTO capite
sponsoq; suo informata, dotata simul & confir-
mata sit: ut non possit non esse quod dicitur, co-
lumna & firmamentum Veritatis.

Quis est doctrinæ totius de Ecclesiæ
præceptis & Traditionibus
vfus ac fructus?

Multus profectò, atq; inter cæteros primus
est, ut intelligamus nos solis diuinis lite-
ris vel scripturis minimè alligari. Quid enim
(ut Irenæi verbis utamur) si neq; Apostoli
quidem scripturas reliquissent nobis, nonne o-
portebat ordinem sequi Traditionis, quam tra-
diderunt ijs, quibus committebant Ecclesiast
Nec minus luculenter scripsit Basilius: Dog-
mata, quæ in Ecclesia seruantur ac prædican-
tur, partim ex conscripta doctrina habemus: par-
tim ex Apostolorum TRADITIONE ad
nos delata in mysterio recepimus. Quæ utraq;
eandem ad pietatem vim habent, & nemo his
contradicit, qui vel modicam saltem Ecclesia-
sticorum iurium experientiam habet. Sic Bas-
ilius. Neq; dubium esse potest, quin CHRIS-
TUS & Apostoli multa tum egerint, tum
docuerint, quæ etsi scripta quidem non sint, ad
nos tamen, posterosq; maximè pertineant. Au-
di CHRISTVM in Apostolo suo loquen-
tem:

*Vincentius
Lirinens.
lib. 3. ca. 4.*

*lib. de Spi-
ritu sancto
cap. 27.*

*1. Cor. 12.
& 21.
Augusti.
ad Seleuz-
tianam e-
pist. 108.
Philip. 4.*

dem: De cætero Fratres, quæcunque sunt
vera, quæcunque pudica, quæcunque iu-
sta, quæcunque sancta, quæcunque ama-
bilia, quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus,
si qua laus disciplina, hæc cogitate.

Proximus est, rectè uti Christiana liberta-
te, quam homines otio luxurq; capti, si unquam
aliàs, nunc maximè dant in occasionem carnis,
ut Apostolus loquitur: illius prætextu fœdis
voluptatibus inserviunt, & quicquid ferè li-
bet, etiam circa Religionis instituta, adlicere si-
bi arbitrantur. Atqui ab ista temeritate nos re-
uocant, tuentur, deterrent Apostolica & Ec-
clesiastica dogmata simul & instituta: frenum
iniungunt humanæ licentiæ, docent conuenien-
ter uti Christiana libertate: ita nimirum, ut à
iure peccati, & à seruitute veteris Legis per
CHRISTVM effecti liberi, ultro libeterq;
præsumamus Christianum officium, seruamus
DEO in iustitia & sanctitate, ducem sequa-
mur Spiritu in lege Charitatis, iustitiæ serui,
obedienciæ filij, humilitatis cultores, patientiæ
custodes, poenitentiae & crucis amatores. Vos,
inquit Apostolus, in libertatem vocati es-
tis Fratres, tatum ne libertatè in occasio-
nem detis carnis, sed per Charitatè Spi-
ritus seruite inuicem. Ad quam Spiritus
Charitatem, sanctæ seruitutis obsequio & alen-
dam

*Galat. 4.
2. Pet. 2.
Galat. 5.
Augusti.
epist. 118.*

*1. Pet. 2.
Rom. 6.
Galat. 3.
& 4.
Rom. 8.
Colos. 3.
Luc. 16
Rom. 8.
Galat. 5.
1. Cor. 9.
1. Pet. 1.
2. Pet. 1.
Luc. 21.
Matt. 3. &
16.
Galat. 5.*

dam & conservandam cum honesta cuncta profunt, tum ingens pondus adferunt pie observatione Ecclesie Traditiones.

Postremus est, ut verum inter legitimos & nothos Ecclesie filios, seu inter Catholicos & Hæreticos discrimen indè accipiamus. Illi enim

Basiliius de simplicitate doctrina Ecclesie, siue scripto tradita, ut ea in Bibliis literis extat, siue Patrum.
Florio. ca. 27.
Pro. 22.

Traditione comprobata, acquiescunt. Sequuntur enim Verbum DEI: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres

Orig. in. c. 3.
Epist. ad Titum.

tui. Hi vero, qui sunt Hæretici, ab hac simplicitate Fidei, & à veneranda matris Ecclesie, sanctorumq; Patrum probata sententia discedunt, nimirumq; sibi, vel desertoribus Ecclesie fidunt, adeoque ne moniti quidè respiscunt. Quare Paulus de ijs sermone sanxit, dum ait: Hæreticum hominem post unam & secundam

Ad Tit. 3.
Ad Papei.

correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est. Atque ut cū Cypriano concludamus. Quisquis ab Ecclesie unitate discesserit, cum Hæreticis necesse est inueniatur.

Quæ demùm est summa omnium superiorum?

August. **Q**uæ à principio quidem hucusque tractata sunt

sunt de summa Christiana doctrina, eò nimirum spectant, ut vera Christiani hominis Sapientia constituatur: quæ tribus illis virtutibus FIDE, SPE, & CHARITATE comprehenditur. Et Fide quidem Veritati DEI firmiter assentitur, cuiq; immititur anima: Spe autem propius adhuc apprehendit bonitatem DEI: Fide iam cognitam atque conceptam: Charitate demùm DEO, proximoq; propter DEVM coniungitur & vnitur.

li. 2. de Re tractat.
1. Cor. 13.
2. Tim. 2.
Heb. 11.
Galat. 5.
Rom. 8.
Ioan. 14.
Roma. 13.

De Fide nos docet Symbolum Apostolicum, dñ ea proponit, quæ maximè sunt credenda & profutura Christiano. De his verò quæ speranda & desideranda, precatio nos instituit Dominica.

Au. in Enchiridio.

Ad Charitatem demùm spectant, quæ duabus tabulis Decalogus exhibet. Præclare igitur Origenes: Puto, inquit, quòd prima salutis initia

In cap. 4. Epistol. ad Roman.
Luc. 11.
Rom. 2.
Luc. 6.

& ipsa fundamenta Fides est: Profectus vero & augmenta edificij Spes: Perfectio autem & culmen totius operis Caritas. Illi demùm beati, qui audiunt & custodiunt verbum Dei, quæ voluntatem Patris cognoscunt & faciunt, in Fide, Spe & Charitate perseverantes. Et ha-

Matth. 7.
19. 25.
Ioan. 15.
Matth. 10.
2. 24.

tenus, pro instituti quidem nostri ratione, satis de Sapientia Christiana.

DE SACRAMENTIS.

An'ne aliud quicquam ad hanc doctrinę Christianę partem spectat?

ETiam: huc enim planę spectat doctrina de Sacramentis, ut norint Christiani, quibus veluti instrumentis diuinitus institutis habeant opus ad Fidem, Spem, & precipuę Charitatem accipiendam, exercendam, augendam, aut etiam reparandam. Adde, quod nō Sapia modō, sed etiam Iustitia Christiana cum cōstitui, tum retineri absque Sacramentis non potest, sine quibus religionem vniuersam extinguī prorsus necesse sit. Habent igitur ea sublimem in doctrina Christiana locum, & necessariam quoque tractationem.

August. in Ioan. Tra. 102. Aug. lib. 19. contra Faustum.

De Sacramentis.

Caput III.

Cur de Sacramentis docendi sunt Christiani?

Quia Sacramentorū cognitio & vsus facit, ut illi accepta ex IESU CHRISTI merito gratia, quę per Sacramenta ipsa confertur, legitime exerceantur, conseruentur, atque promoueantur in diuino cultu.

Ad Tit. 3. Iou. 36. & 20.

Quid

DE SACRAMENTIS. 35

Quid & quotuplex est cultus diuinus?

Cultus diuinus dicitur, quem Christianus tanquā pręcipuum ac summum obsequium, debet Creatori ac Saluatori suo DEO OPT. MAX. Hominem enim non sua potissimum causa, sed ut Deum purę integręque colat, & initio conditum, et postcā redemptum, atque ad id omninō destinatum esse docet Christiana Religio. Est autem diuinus cultus duplex: Interior & Exterior. Interior, quo per intellectu & affectum DEO coniungimur, Fide, Spe & Charitate, ut antea dictum est, perficitur. Exterior, est professio quadam cultus Interioris, quem externis quibusdam & visibilibus signis, ritibusq; declaramus. DEVS enim, qui honorum nostrorum nō eget, alioquin beatus per se, totusq; perfectus, tamen sicut totum ipse hominem tum corpore, tum animo consistare voluit, sic eundem quoque totum, hoc est, secundum omnem sui partē exigit, a quo syncretē studiosęq; colatur: anima quidē secundū interiorē, vti docuimus: corpore vērō secundū exteriorē cultum cum interiore coniunctum, si-cut precipuē & saluberrimē fit in vsu Sacramentorum.

Aug. lib. 10. de Ciuitate Dei. Pro. 16. Gene. 1. 2. Cor. 5. 1. Thess. 5. Aug. lib. 1. de Doct. Christi. & in Enchir. Mat. 5. Roma. 12. 1. Cor. 14. Psal. 15. 1. Tim. 6. Mat. 5. Gen. 2. Pro. 16.

Luc. 10. Mat. 22. 1. Cor. 6. Psal. 83.

E 3 Quid

DE SACRAMENTIS.

Quid est Sacramentum?

Est diuina & inuisibilis gratia externum & visibile signum à CHRISTO institutum, vt in eo quis DEI gratiam accipiat atque sanctificationem. Quare non simpliciter signa sunt, quæ Ecclesie Sacramenta dicitur: sed certa, sacrosancta, & efficacia signa, Christianis ex diuina institutione & promissione commendata. Signa quidem idcirco, quoniam externa quadam specie & similitudine, id nobis referunt & declarant, quod per ipsa DEVS nobiscum inuisibiliter atque spiritaliter agit. Certa verò, sacrosancta simul & efficacia signa: quoniam indubiè quam gratiã significant, etiã continent, conferuntq; ad nostram sanctificationem. Sacramenta enim, quantum in se est, (vt Cyprianus loquitur) sine propria esse virtute nõ possunt, nec villo modo diuina se absentat Materias mysterijs, quamuis etiam ab indignis administrantur.

Au. li. 3. de Doct. Chr. Et de Cath. rudi. Ambr. lib. 4. de Sacram. Concil. Florent. Lateran. August. in Psalm. 73. lib. 19. contra Fasliu
Ser. de Cena domini. Augu. contra Donatistas. Tit. 3. Rom. 6. 1. Cor. 6.

Vt exempli causa, in Sacramento Baptismi exterior ablutio, quæ sordes corporis purgat, efficax est symbolum interioris ablutionis, cui testimonium præbet indubitatum, & qua spiritaliter anima purificatur. Sic res aliæ visibiles & externæ, vt oleum, panis, vinum, quarum in Sacramentis necessarius est vsus, aptè nobis constituantur, tum ad significandum, tum ad con-

fe-

DE SACRAMENTIS. 36

ferendum homini diuinam gratiam, animaq; salutem, modò ad hæc non indignè accedat. Per Baptismum etenim regeneramur & renouamur: per Confirmationem augemur & roboramur: per Eucharistiam nutrimur & reficimur: per Pœnitentiam restituimur & sanamur in vita spiritali: in qua per reliqua iisdem Sacramenta, pro sua cuiusque ratione, iuuamur atque prouehimur, vt suo deinde loco aperiemus.

August. in Psalm. 73. Ioan. 3. Tit. 3. Act. 8. Ioan. 6. Ioan. 20.

Quibus partibus constat vnumquodq; Sacramentum?

Verbo & Elemento. Per verbum hic intellige certa quædam & determinata verba, in quibus ipsa consistit forma, quam vocat, Sacramentorum. Per Elementum accipe res externas, quæ vera materia sunt Sacramentorum, vt aqua, oleum, panis, vinum & eiusmodi. In his partibus perfecte sumptis adiunguntur reliqua, quæ ad cuiusq; Sacramenti tum idoneam collationem, tum dignam susceptionem spectat, vt potè institutio Diuina, minister idoneus, intentio recta in ministro, Fides in suscipiente, & si quæ sunt huius generis alia.

Concil. Florentinum. De his singulis Galatim postea.

Quot sunt Sacramenta?

Septè, quæ à CHRISTO per Apostolos acceptæ

E 4 septa

DE SACRAMENTIS.

Concil. Florentin. & Conflant. Cant. 4. 1. Tim. 3. a Mat. 28. b Act. 8. c Mat. 26. d Ioan. 20. e Iacobi. 5. f 1. Tim. 4. g Ephe. 5. Aug. cōtra Donat. & ad Iannarium.

cepta conseruauit, ac fideliter dispensauit hucusq̄ **CHRISTI** sponsa & columna ueritatis Ecclesia. Sunt autem hac: Baptismus, Confirmatio^b, Eucharistia^c, Pœnitentia^d, Extrema unctio^e, Ordo^f, & Matrimonium^g. Nec refert sanè, si eiusmodi uocabula in Scripturis non extent omnia, de re modò ipsa cōstet, ac Sacramentorum ueritas & uirtus diuinis testimonijs approbetur. Quamquàm ea, quæ Vniuersalis Ecclesia ex Apostolorum Traditione retinet atque conseruanda commendat, etiam sine Scriptura, plenam apud nos fidè, ut antea docuimus, habere merentur. Ac de singulorum quidem Sacramentorum institutione postea suo loco.

Vis autem eorum, ut fidiſſimus Scripturæ interpres Augustinus inquit, inenarrabiliter ualet plurimū, & idèò contempta sacrileges facit. Impiè quippè contemnitur, sine quo non potest perfici pietas. Atque ut idem alibi docet: Contemptor uisibilis Sacramenti, inuisibiliter sanctificari nullo modo potest.

Quare instituta sunt Sacramenta?

Primū, ut sint præsentissima remedia contra peccatum, quod lethalis est animæ morbus, aut pestilens: Quamobrem longè præstant Legis antiquæ Sacramentis, uirtute utiq̄ maiora,

DE SACRAMENTIS. 37

iora, utlitate meliora, numero pauciora, intellectu angustiora, obseruatione faciliora, significatione præstantiora, quæ, præterquam quòd significant, etiam sanctificant ac salutem dant: ut è Scripturis Augustinus optimè deprebendit.

Secundò, ut habeamus certa efficaciam, signa diuinæ erga nos gratiæ & uoluntatis, quæ dum in sensus externos incurrunt, non solum excitant fidem in **CHRISTVM**, **DEIQVE** misericordiam & bonitatem, uerum etiam uiuifica sunt instrumenta; per quæ uiuificum est **DEO**, salutem nostram efficaciter operari. Ut præclare dictum sit iam olim, per seipsum quoq̄ Sacramentum multum ualere.

Tertiò, ut extent uelut symbola & extreme notæ Christianæ professionis, quibus **DEI** & Ecclesiæ filij se mutuo agnoscant: tum in uisione, humilitate & obedientia se fructuose exerceant & contineant, atque ita unius religionis necessarijs quasi nexibus & fœderibus inter se inuicem maneant colligati. Alioquin sine Sacramentis, nec constare, neq̄ discerni satis potest ulla religio.

Quid uerò sentiendum est de Sacramentorum ministris?

ITa planè sentiendum est de illis, tanquam mi

Aug. li. 19. cōtra Faustum.

Et lib. 3. de doct. Chri. Rom. 9.

Tit. 3. Ioan. 6. & 20.

Aug. lib. 4. cōtra Donatistas.

Idè lib. 19. contra Faustum.

Et cap. 17. de uera religione.

1. cor. 4. E 5 ni-

DE SACRAMENTIS.

Esaiæ. 52. Num. 1. 2. Reg. 8. Concil. Nicensum. cap. 14. ministris Ecclesiæ, & dispensatoribus mysteriorum DEI, qui portant vasa Domini, Tabernaculoq; deseruiunt, & sacris ex professo præfunt. Non enim omnibus indifferenter, sed Sacerdotibus & Episcopis incumbit Sacramenta conficere, dispensare vel administrare.

Contra Cresconium hb. 4. Contra Iulianum De mister. inuian. Homi. 8. in 1. Cor. 3. De his ministris porro Regulam præscribit Augustinus: Non ideo veriora & sanctiora sunt Sacramenta, inquit, quia per meliores ministrantur: Illa namq; per se ipsa vera & sancta sunt, propter verum & sanctum DEVM cuius sunt. Et rursus: Memento Sacramentis DEI obesse nihil morum malorum hominum, quò illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint. Suffragatur his Ambrosij sententia: Nò merita personarum consideres, sed officia Sacerdotum: puta in administratione Sacramentorũ. Nam & per indignos consuevit DEVS operari, & nihil propter Sacerdotis vitam Sacramenti gratia læditur, Chrysostomo teste.

Quid iudicandum de Cæremonijs, præcipue quarum solennis est vsus in Sacramentis?

Cæremonia ab Ecclesia probata, ritus qui dam sunt externi, religiose ac decenter in-

DE SACRAMENTIS. 38

Mat. 4. Rom. 12. Esaiæ. 1. Matth. 15. Rom. 1. stituti. Primum vt signa, testimonia & exercitia sint cultus interioris, quem DEVS impiis requirit. Deinde, vt vna extent Religio- nis incitamenta, quibus fragilitas humana ceu adminiculis fulciatur, & ad sacra mysteria, tũ capessenda, tum retinenda veluti manu ductur: Postremò, vt quæ ad cultum diuinum promouendum, & ad disciplinam concordiamq; seruandã publicam pertinent, honestè ac decet quodam ordine, sicuti Apostolus iubet, in Ecclesia peragantur.

Leo Episc. 82. Inno cent. ad Eugubi. 1. Cor. 14. Philip. 4. Hier. 6. Prou. 22. Basil. de Spiritu sancto. Terul. de corona m. liis. Aug. cõtra Donatist. Sermo de suffr. pro defunctis. Eæ verò, quarum est vsus in Sacramento- rum administratione, quasq; veluti per manus traditas & commendatas nobis à Patribus accepimus, ingenti præcipue studio retineri & obseruari debent. Nam præterquam quod decorè illæ Sacramentis adferunt, & reuerentiam quãdam conciliant, singulari quoque antiquitatis commendatione nobis sunt venerandæ. Habent præterea institutionem non solum vetustissimã & Apostolicam, verum etiam mysteriorum grauitate atque dignitate plenam, vt sanctissimi, doctissimiq; Patres annotauerunt. De his demum, alijsq; id genus, præclare ita Damascenus: Quæ Christiana religio erroris nescia suscipit, & in tot secula seruat inconcussa, minime vana sunt, sed vitia, DEO placita, salutis nostræ conducibilia plurimum.

DE SACRAMENTO

Iam de Cæremonijs, quæ Sacramentis omnibus adhibentur, sigillatim admonere, vt longum est, ita difficile, & huic quidem instituto haud necessarium videtur. Quin & apertè fatetur Origenes, in Ecclesiasticis huiusmodi obseruationibus esse nonnulla, quæ omnibus quidem facere necesse sit, rationem autem cur ita fiat, nondam satis esse compertam.

Rom. 5. in
Numeros.
Et Basi. de
Spiritu sancto.
1. cap. 17

De Baptismi Sacramento.

Quid est Baptismus?

Est nouæ Legis primū, & maximè necessarium Sacramentū, in ablutione corporis exteriori, & legitima verborum enunciatione iuxta CHRISTI institutionem consistens. Nec solū adultis, sed etiam paruulis necessarium est, & efficax ad salutem æternam consequendam. Sic enim generatim Legislatores edixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum DEI. Et alibi quoq;: Non est voluntas ante Patrem, qui in cælis est, vt peccati reat vnus de puillis istis. Perirent autē non baptizati etiam paruuli, sicut olim in Synagoga incircumcisi: Iam cum sit vnū Baptisma Christi

Affo. 2.
Marc. 16.
Ioan. 3.
Tit. 3.
Matth. 28.
Concil. Lateranen.
Viennens.
& Mileuitanum.
Dionys. de celest. Hierar.
Ioan. 3.
Matth. 18.
Au. de nu.
& concupiscent. lib. 1.
Gen. 17.
Ephe. 4.

BAPTISMI.

39

Christi fidelium, hoc semel acceptum, non solum est prorsus iterare.

Concil.
Nicenens.
Heb. 6.

Quæ circa hoc Sacramentum præcipue sunt notanda?

Elementum abluens, eiusq; significatio, Verbum & effectus Baptismi. Elementum est aqua simplex, materia ad hoc necessaria, quæ natura sua sordes omnes abluere solet. Cui respondet significatio, quæ per aquam nobis ostendit, Baptismi proprium esse, animam emundare peccatis, & hominem, vt dicemus, iustum reddere. Verbum quo Sacramenti forma consistit, ex CHRISTI præcepto sic habet: Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Ioan. 3.
Ephe. 5.
Tit. 3.
1. Cor. 6.
Concil. Lateranen. & Florentin.

Quem fructum & effectum præstat Baptismus?

Eum planè, quem docente CHRISTO, ac testibus Apostolis Petro & Paulo dicimus: nimirum per Baptismum & peccata remitti, & Spiritum dari, vt illic & vetus homo aboleatur, & noua fiat in CHRISTO creatura. Quippe susceptus ritè Baptismus non hoc modò largitur, vt plenè peccata omnia condonentur atq; tollantur: sed etiā vt Baptizatus planè innouetur, ac verè innocens, iustus, sanctus

1. Cor. 6.
Rom. 6.
Basi. in exhortatione ad baptis-
mum.

Etus

DE SACRAMENTO

Aug. ad Tit. 3. *Etus & celesti gloria dignus in CHRISTO*
Bonifacii cont. Pelag. 2. epi. *efficiatur. Ut hinc à Paulo dictum sit omnibus*
Damas. in baptizatis: Abluti estis, sanctificati estis, iu-
 stificati estis, in nomine Domini nostri IESU
 CHRISTI, & in Spiritu DEI no-
 stri. Tum alibi testatur idem Apostolus, Ba-
 ptismum esse Lauacrum regenerationis & re-
 nouationis Spiritus sancti: Lauacrum etiam
 aqua in verbo vita. Et rursus ille scribit: Qui-
 cunq; in CHRISTO baptizati estis, in-
 quit, Christum induistis. Scitè Bernardus ac
 breuiter Sacramenti huius effectus præcipuos
 complectitur: Lauamur in Baptismo inquit,
 quia deletur Chirographum damnationis no-
 stræ, & gratia hæc nobis confertur, ne iam no-
 bis concubiscentia noceat, si tamen à consensu
 abstinemus.

Quid à nobis requirit acceptum
 tanti Sacramenti be-
 neficium?

Primùm à nobis summam postulat, & assi-
 duam animi gratitudinē, vt prædicemus,
 amemus, & celebremus eum, qui secundum
 suam misericordiam, saluos nos fecit per
 Lauacrum regenerationis & renouatio-
 nis Spiritus sancti: quem effudit in nos a-
 bundè per IESVM CHRISTVM Do-
 minum

Tit. 3.

BAPTISMI.

40

minum nostrū: vt iustificati gratia ipsius,
 hæredes simus secundum spē vitæ æternæ.

Deinde sic huius Sacramenti mysterium re-
 memorandū est, vt identidem se ipsum quisque
 admoneat præclaræ illius suæ spōtionis & Chri-
 stianæ professionis, quam in sacro lauacro per
 sponsos edidit. Cogitet igitur Christianus, il-
 lic se ex iræ filio, & Sathanae seruo, DEI fi-
 lium, CHRISTI QVE membrum & co-
 hæredem, viuūq; Templum Spiritus sancti
 factum esse.

Ingressus es Regenerationis Sacramentum? in-
 quit Ambrosius: repete quid interrogatus sis,
 recognosce quid responderis. Renunciaasti Dia-
 bolo & operibus eius, mundo & luxuriæ eius,
 ac voluptatibus. Memor esto sermonis tui &
 nunquam tibi excidat tua series cautionis. Et
 præclara Pauli, Baptizatos omnes adhortan-
 tis vox est: An ignoratis Fratres, quia qui-
 cunque baptizati sumus in CHRISTO
 IESU, in morte ipsius baptizati sumus?
 Consepulti enim sumus cum illo per Ba-
 ptismum in mortē: vt quo modo CHRIS-
 TUS surrexit à mortuis per glo-
 riā Patris, ita & nos in no-
 uitate vitæambu-
 lemus.

*Aug. de re-
 litiuane
 Catholice
 conuers.
 Ambro. de
 inition.
 myst.
 Rom. 8.
 Gal. 4.
 Ambro. de
 inition.
 myst.
 Idem lib. 1.
 de Sacra-
 mentis.*

*Rom. 6.
 Galat. 3.*

De

De Confirmationis

Sacramento.

Quod est alterum à Baptismo
Sacramentum?

Lib. 2. contra
Iueros
Petilian.
Concl.
Aureli.
Melden.
Florent.

Confirmatio, quæ Sacramentum est nouæ
legis, æquè sacrosanctum, ut Augusti-
nus inquit, ac ipse Baptismus: quod ba-
ptizatis cõfertur cum impositione manuum Epi-
scopalium, & sacri Chrismatis inunctione.

Vndè nobis comprobatur hoc
Sacramentum?

Affo. 8.
& 19.

ibidem.

Testimonium habet à diuina scriptura se-
cundum Patrũ & Ecclesiæ cõcordem sen-
tentiam atque interpretationem. Huc enim spe-
ctat, quod Lucas Euangelista semel atque ite-
rum scribit de Apostolis, qui super baptizatos
manus imposuerunt: hoc signo vtentes visibili
diuinitusq; instituto, per quod CHRISTO
iã initiatis, noua & amplior Spiritus sancti gra-
tia conferretur. Quare cum Apostoli manus il-
lis imposuissent, acceperunt, ut Lucas de iisdẽ
baptizatis refert, Spiritum sanctum, cum acces-
sione scilicet, ac exuberantia quadam gratiæ spi-
ritualis. Nunc verò, vbi Apostolorum vicem
Episcopi gerunt & locum tenent, non fraudat

DEVS

CONFIRMATIONIS. 41

DEVS Ecclesiam suam hac tam salutari gra-
tia, sed per eosdem Episcopos in hoc Sacramen-
to efficaciter operatur, ut adfit, Cypriano teste,
& veritas signo, & Spiritus Sacramento. At
que huc pertinet veteris Ecclesiæ Canon: Om-
nes fideles per manus impositionem Episcopo-
rum Spiritum Sanctum post Baptismum acci-
pere debent, ut pleni Christiani inueniãtur:
quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fide-
le ad prudentiam & constantiam dilatatur.

Hier. con-
tra Lucife-
rianos.
Ser. de vn-
ctiõne
Chrismas-
tis.
Urban.
Pont. &
Martyr.
ante an-
nos 1300.
Sub Alex-
andro Se-
uero.

Quæ necessaria sunt ad conficiendum
hoc Sacramentum?

Tria præcipuè ad hoc requiruntur: Sacra-
menti propria materia, certa verborum
forma, & minister idoneus. Materia ex oleo &
balsamo mixta est, quæ ab Episcopo consecrata
sacri Chrismatis nomen iam olim obtinuit, &
in hoc Sacramento fronti solenni ritu illinitur.
Forma verborum hæc præscripta est. Confir-
mo te signo sanctæ Crucis, & confirmo
te Chrismate salutis: In nomine Patris &
Filij & Spiritus sancti. Minister Sacramen-
ti huius solus est Episcopus, ut Apostolorum
exemplum, forma & traditio retineatur. Quæ
de re iam olim ita sancitum accepimus: Ma-
nus impositionis Sacramentum magna vene-
ratione tenendum est, quod ab alijs perfici non
potest,

Cypria. de
vntiõne
Chrismas-
tis.
Basyl. de
Spiritus san-
cto.
Fabi. ante
annos.
1390.

Affo. 8.
Concl.
Florentiur.
Formatiõ.
Euseb.
Pont. &
Mar. sub
Dioclet.

F

DE SACRAMENTO

Affo. 8.
Et. 19.

potest, nisi à summis sacerdotibus: nec tempore Apostolorum ab alijs, quam ab ipsis Apostolis legitur & scitur esse peractum.

Cur autem baptizati, sacro Chrismate inunguntur?

Basil. de Spiritu sancto. a Epist. 4. b de Eccles. si. hierar. in Epist. ad orient. Episcopos. Synod. Laodice.

Lib. 11. Epist. 12. & de unctio. Chrismati.

Lib. 15. de Trini. Et in sententijs. Prosper.

Lib. de carnis resurrectione.

Quia per Spiritum sanctum Apostoli ita nobis tradiderunt, sicuti Clemens a & Dionysius b, Petri Paulique Apostolorum discipuli a probant. Tradiderunt autem illi, quod à Domino ipso utique acceperant, de Chrismate conficiendo, ut gravis est testis Fabianus, idem & CHRISTI Martyr, & pontifex Ecclesie. Sacrosanctæ etiam Synodi præceptum de hoc tale extat: Oportet baptizatos post Baptismum sacratissimum Chrisma percipere, & celestis Regni participes fieri. Ratione Cyprianus reddidit, nimirum ut accepto Chrismate, id est, unctio, Christianus esse unctus DEI, & habere in se CHRISTI gratiam possit, teneatque sanctitatem. Atqui unguentum hoc visibile, quo Ecclesia baptizatos ungit, ut Augustinus docet, significat invisibilis gratiæ donum, quo Spiritus sanctus CHRISTVM in primis, qui & à Chrismate nomen suum trahit, ac deinde Christianos omnes interna unctio imbuit confirmatq;. Unde pulchre Tertullianus, velut ad olei naturam alludens, de hoc

Sa-

CONFIRMATIONIS. 42

Sacramento scripsit: Caro ungitur, ut anima consecretur. Caro signatur, ut & anima muniat. Caro manuum impositione adumbratur, ut anima Spiritu illuminetur.

Quis Sacramenti huius est usus & fructus?

IN Baptismo regeneramur ad vitam: post Baptismum autem in hoc Sacramento confirmamur ad pugnam: in Baptismo abluiamur, hoc vero post Baptismum roboramur, ut regeneratis custos & consolator, & tutor adsit Spiritus sanctus. Hæc summi & Pontificis, & Martyris Melchiadis est doctrina, nec dissentit ab eo, quod Clemens testatur, se ab Apostolis ipsis accepisse. Cum regeneratus, iniformis Spiritus gratia ab Episcopo confirmetur, quia aliter perfectus Christianus esse nequaquam poterit. Prodest igitur hoc Sacramentum mirifice, ut qui fidei mysterijs initiati sunt, sicut geniti modo infantes & adhuc imbecilles, in CHRISTO adolescant atq; corroborentur. Hos ceu Christianæ militiæ tyrones Episcopus admonet unctio, ut aduersus tot hostes & quotidiana pericula Spiritu principali confirmentur: consignat illis Cruce frontem, quæ pudoris est sedes, ut constanter & intrepide

Ioan. 3.
Melchiaz des ad Hispania Episcopos. Epist. 4. Apostolorum tempore.
Dionys. de Eccle. Hierar. 1. Pet. 2.
Psal. 50.
August. in Psal. 30.

DE SACRAMENTO

Matth. 10. nomen Domini confiteantur: impingit et al-
1. Pet. 2. pam, ut Christianam militiam inuicta patien-
Luc. 21. tia exercendam et ornandam esse sibi perpetua
 memoria retineant.

De Eucharistiæ

Sacramento.

Quid significat nomen Eu-
charistiæ?

Summum illud et longè sacratissimum Sa-
 cramentum, quo nihil habet Ecclesia di-
 gnius, admirabilius, efficacius, salubriusque, hoc
 uno nomine designatur. Et rectè quidè Eucha-
 ristia, tanquàm bona gratia, seu gratiarum a-
 ctio dicitur, quia præcipuum et maximum
 DEI donum, ipsamque omnis gratia fontem et
 authorem continet: summorumque nos bonorum
 admonet, pro quibus acceptis, gratiarum actio
 nem, laudem et gloriam summam DEO sum-
 mo debemus. Maius enim beneficium optare
 non potuissimus, quàm quod CHRISTVS
 IESVS Dominus noster de Virgine natus,
 Crucis affixus, et in gloriam assumptus, se no-
 bis totum ita largiatur, ut etiam nunc corpus,
 Sanguinemque suum verè sumamus, illique
 per

EVCHARISTIÆ. 43

per hoc diuinum Sacramentum profus incor-
 poremur.

Quæ in hoc Sacramento præcipue
continentur?

TRia continet Eucharistiæ: species visibi-
 les, veritatem Corporis et Sanguinis Do-
 minici, et spiritualis gratiæ virtutem. Quod e-
 nim oculis nostris apparet, species sunt visibi-
 les, panis videlicet et vini. Quod autem sub
 speciebus ipsdem Fides nostra, non ratio, compre-
 hendit, id verè Corpus et Sanguis est CHRI-
 STI Saluatoris. Ceterum quod participatio
 ne Sacramenti huius consequimur, eximia que
 dam est Spiritus sancti gratia, fructus nimi-
 rum et effectus, uti ostendimus, salutaris Eu-
 charistiæ.

Quæ sunt præcipua de hoc Sa-
cramento capita scitu
necessaria?

EA quinque potissimum sese offerunt: pri-
 mum de veritate Eucharistiæ, alterum de
 panis et vini transsubstantiatione, tertium de
 adoratione eius, quartum de eiusdem oblatio-
 ne et Sacrificio, postremum de sumptione ipsi-
 us sub altera vel utraque specie. De his enim

F 3 præ-

DE SACRAMENTO

præcipue hac quidem tempestate scire, magnū est operæprecium.

Quid igitur de veritate Eucharistiæ sentiendum?

ID planè, ut cum tota Ecclesia contra omnes & ibidem Cyrilus. Concil. Es Capharnaitas certò credamus, sub speciebus pbesnum. carnem, ac verum eius sanguinem in Eucha- Lateran. ristia exhiberi, ministerio quidem Sacerdotis, Const. Ant. virtute autem ac potentia Domini nostri IE- Lucæ. 1. SV CHRISTI, apud quem impossibili non est omne verbum. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Dim- Mar. 14. xit autem in coena illa pridie quā pateretur, in- structa, cum panem primum, ac deinde calicem suis manibus apprehēdisset, cumq; de huius Sa- cramenti tum institutione, tum veritate certos oēs reddere vellet, dixit in quā planissime. Hoc est corpus meum. Dixit, Hic est sanguis meus. De qua institutiōe dixit & antea. Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus, Dixit, Ego sum panis viuus, qui de cœlo descēdi: Si quis māducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quē ego dabo, caro mea est pro mūdi vita. Nec obscura sunt alia tū Euangeli tarum, tum Apostoli Pauli testimonia, quæ nobis hæc fidem

EVCHARISTIÆ. 44

fidem luce clarius adstruunt, in Eucharistiā CHRISTVM totum, secundum diuinā hu manamq; naturam existere, & nobiscum manere usq; ad sæculi consummationem. Matth. 28.

Quid autem verba efficiunt consecratio-
ria, quibus panis & vinum à Sacer-
dote vice CHRISTI
consecrantur?

Hoc certò efficiunt, ut omnipotēti CHRI-
STI virtute per verba illa operante, pa-
nis quidem in Corpus, vinum autem in San-
guinem Domini subitò & supernaturaliter
transmutetur. Hac verè stupenda transmu-
tatio non immeritò Transsubstantiatio, tum à
Synodis, tum à Patribus appellata est, quòd
panis viniq; substantia in Corpus Sangui-
nemq; CHRISTI conuertatur, siue ut
Irenæus ait a, transmutetur, Si enim valuit
tantum sermo CHRISTI, ut ignem de cœ-
lo deuocaret, non valebit CHRISTI sermo
(sic enim colligit Ambrosius) ut species mu-
tet elementorum? Atqui CHRISTI ser-
mone nihil apertius, dum ait, Hoc est corpus
meum: Hic est Sanguis meus: ne quis om-
nino putet, post consecrationem esse pa-
nem & vinum in Eu-
charistiā.

F 4

Estne

DE SACRAMENTO
Est ne venerandum nobis, adorandumq; hoc Sacramentum?

Est maximè, sic postulante à nobis officio religionis, ut quem adesse in Eucharistia credimus, cultu quoque debito prosequamur creaturæ Creatorem, serui Dominum atque Redemptorem Opt. Max. De quo Scriptura ipsa pronuntiat: Adorent eum omnes Angeli eius. **Etrursus**: Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei. Laudantur ergo Magi similesq; nonnulli apud Evangelistas, quod CHRISTO adhuc in carne mortali honores diuinos exhibuerint, coram eo procedentes, eumq; adorantes. Atqui nobis idè nunc est CHRISTVS in Eucharistia: nõ mortalis, sed immortalis, omni gloria & virtute prorsus admirabilis. Quam fidem religioso corporis, animiq; cultu iure testamur, dum nostræ humilitatis, & debitæ gratitudinis officium coram tremenda illa, semperq; reuerenda DEI Maiestati exhibemus.

Quid porro de Altaris Sacrificio credendum est?

ID procul dubio, institutam esse Eucharistiã non in eum usum tantum, ut à Christianis velut alimentum salutare sumatur: unde ci-

EVCHARISTIÆ. 45

bus, potus, vini ac vitæ panis dicitur: sed etiam ut tanquam summum & proprium noui Testamenti sacrificium offeratur, ut hinc iam olim nomè acceperit hostiæ, sacrificij, victimæ, oblationis, holocausti. Offeritur autem in iugem passionis dominicæ memoriã, & gratiarum actionem, atque ut credentibus prosit ad huius & futuræ vitæ mala depellenda, bonaq; impetranda: neq; solum vini, sed etiã defunctis pro sit in remissionem peccatorum, sicut è scriptura diuina & traditione Apostolica grauissimè Patres asseuerant.

Hoc est demum illud iuge sacrificium, quod aliquandò oblatum iri Daniel testatur, ad hoc spectat Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, quod etiã David in CHRISTO futurum prædicat: hæc oblatio munda, quæ Iudaicæ legis Sacrificijs quàm plurimis vnice succedens, apud Gentes in omni loco, id est, toto orbe terrarum, ad celebrandum DEI & Redemptoris nostri nomen offertur atque sacrificatur, ut apud Malachiam legimus: Hæc est Missæ oblatio, Sacrificium, Liturgia, cui testimonium omni exceptione maius præbet Canones à Apostolorum, Sanctæ Synodi, magnus consensus & vnus perpetuus totius Ecclesiæ Græcæ & Latinæ, Orientalis & Occidentalis.

Quod Missæ Sacrificium, si rem omnè æquè

uit. Dei li. 17. & contra ira Faustii lib. 29. Cypri. li. 2. epi. 2. & 9 Aug. 3. oratione contra Iudeos Chryso. & Ambro. in epi. ad Hebræos. Is. de Diu. officijs. Danic. 12. Num. 28. Gene. 14. Heb. 7. Psal. 109. Sic Malachiam interpretatur. Marcial. Irenæus. Origenes. Augustin. Eusebi. Missæ nomen legis apud Clementem. Alexan. 1. Ignatius. a Can. 3. & 8. per b Nicen.

Ephē. 6.
Synod. 9.
Ec.

Aug. cont.
aduer. le.

Et prophe.

Vide Mifsā.

Basf. Chry.

Ambro.

Gregorius.

Isidorus.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

De cere.

missē vide

Diony. c. 3.

calesētis.

Hierar.

Isi. Rem. et

Tatii. Da-

mas. in. 4.

Dio. c. 7. ec

cle. hierar.

Ephip. cons

tra Aeriū.

Ad Burde-

galenses.

Vide locū

comū. Hof

meisteri.

perpendimus, est reuera Dominica passionis
et illius cruenti Sacrificij, quod in cruce pro no-
bis est oblatum, sancta quadam et vna re-
presentatio, atque simul incrementa et efficax
oblatio. Hinc fit ut memoria, fides et grati-
tudo nostra in Redemptorem ipsum vniuersa
excitetur, confirmeturque secundum illud,
Hoc facite in mei commemorationem.

Quorum verborum Ecclesia tam sedula inter-
pres fuit, ut omnem incrementi huius Sacrifi-
cij externum ornatum, vestes sacras, vasa,
ritus, actionesque omnes ita instituerit, ut
ob oculos circumstantium nihil aliud quam com-
memoratio illa sancta obseruetur.

Hinc fit itidem, ut oblationis CHRI-
STI in cruce facta et Redemptionis fructus
nobis atque credentibus itidem omnibus tam
defunctis quam viuuis applicetur. Quare Cy-
prianus sermone de cœna Domini hoc Sacramē-
tum ad sanandas infirmitates et purgandas
iniquitates, tum medicamentum, tum holo-
caustum esse testatur. Martialis verò, Apосто-
li Petri discipulus ita scribit: Quod Iudæi per in-
uidiā immolauerunt putantes se nomē eius a ter-
ra abolere, id causa salutis nostræ in ara sancti-
ficata proponimus, scientes hoc solo remedio no-
bis vitā præstandam, et mortem effugiendam.
Omittimus interim eiusdem fidei ac sententiæ
testes

testes Patres alios, ut instituta nobis breuius
retineatur.

Ex quibus liquidò constat, CHRISTVM
dici et esse nobis Sacrificium duplici modò, cru-
ento videlicet ac incremento. Nam in cruce cru-
entum ille Sacrificium pro nobis obtulit sese, ut
typo Paschalis agni, qui apud Iudæos immo-
labatur, verus ipse agnus sine macula, id est,
figura veritas, responderet. In cœna verò, si-
cut et in altari, modo cultusque incremento, quē
admodū et Cyrillus cōtra Nestorū vocat, idē
offerri voluit: ut oblatio Melchisedech quæ sub
specie panis viniq̄ celebratur, consummationē
suam acciperet, maneretque verus Sacerdos
secundum ordinem Melchisedech, et illius sa-
cerdotium esset in æternum, nullo unquam a-
lio succedente. Illic semel, et vno duntaxat in
loco Iudææ, peregit Sacrificium, de quo Pau-
lus Hebræis differit: hic verò sæpius, et om-
ni in loco, seu per omnem passim Ecclesiam sa-
crificatur, ut Malachias Propheta confirmat:
Illic in mortem offertur, hic in mortis illius iu-
gem recordationem, et salutiferam eius, quæ
inde velut à capite ad membra di-
manat, participatio-
nem,

Concili.
Ephesin.
Aug. contra
Fauit.
lib. 20.
Ephē. 5.
Heb. 10.
Exod. 12.
Gen. 14.
Heb. 7.

Hieron.
cap. 16. in
Matt. et in
Epist. ad
Titum.
Hebr. 9.
Am. in eadē
dem. ca. 9.
et. 10. ad
Hebr.
Malac. 1.
Heb. 10. et
ibidem.
Chryost.
Photius.
Occumen.

Est'ne

DE SACRAMENTO

Est'ne sub altera tantum, panis scilicet,
an verò sub vtraque panis ac
vini specie, sumenda
Eucharistia?

Gelasius
de consec.
dist. 2. cap.
Comperit
mus. & c.
Relatum.
Hinc iohes
in Concili.
fit mentio.
de commu
nitione laica
seu peregr.
Iohan. 6.
1. Cor. 10.
& 11.
Act. 1.
& 20.
Luc. 24.
& ibidem
Theoph.
Beda.
Chrysol. in
Matth. &
An. li. 3. de
consensu E
uangelist.
Euseb. li. 6
Eccl. hist.
& Cypria.
serm. 5. de
lapsis.

DE Sacerdotibus quidem seu Sacrificanti-
bus constat, ambas Sacramenti species il-
lis esse sumendas, sine quibus etiam neque ritè
consecrare, neque offerre possent unquam Eu-
charistiam. Cuius rei causam ex satisfactione ipso
pendentem reddere, hic iam necesse non est. De
alijs verò fidelibus non sacrificantibus illud fa-
ciendum est, nunc unam tantum, nunc vtran-
que speciem aliquando eis dispensatam fuisse in
Ecclesia: sicut & scriptura, ubi de hoc Sacra-
mento differit, modò panis & calicis, modò pa-
nis solius meminit. Neque verò **CHRIS-
TI** nobis hic exemplum deest, qui in Emaus
cum duobus discipulis agens, sub una solù spe-
cie porrexit illis Eucharistiam, a: postea statim
illinc sese subduxit, sicut Evangelicum hunc lo-
cum Patres interpretantur. Proinde damnan-
di non sunt, siue qui nunc unica contenti spe-
cie, ab usu calicis abstinent, & multis ab hinc
seculis prius abstinuisse leguntur, siue qui o-
lim cum ita probaret Ecclesia, vtranq; speciem
in usu publico habuere.
At magister rerum usus paulatim docuit,
maiore cum populi commoditate, ac minore pe-
ricu-

EVCHARISTIÆ.

riculo, multisq; de causis frugiferè fieri posse, si
omisso calicis usu, alterius tantum speciei com-
munioretineretur.

Atque ita faciendum iamdiu decreuit Ec-
clesia, non discedens quidem à sponsi sui institu-
to præceptive (columna enim & firmamentum
veritatis est, & mysteriorum DEI fida di-
spensatrix) sed potestatem à Sponso acceptam in
dispensandis mysterijs ad ædificationem, com-
munemq; fidelium utilitatem cõuertens, prout
temporum hominumq; conditio postulare vi-
detur.

Quod ut rectius etiam intelligatur, Euan-
gelij certè nobis verba declarant, **CHRIS-
TUM** in cœna cum illis egisse, quibus pote-
statem fecit non sumendæ modò, sed etiam con-
secrandæ offerendæq; Eucharistiæ, imò & ordi-
nandæ & administrandæ totius Ecclesiæ. Horù
iudicio, prudentiæ & auctoritati reliquit, cum
de alijs plerisque ad rem Christianam spectan-
tibus, tum de modo ordinèq; dispensandæ fide-
libus Eucharistiæ, ius in posterum constituen-
di, atq; pro ratione temporum ritè disponendi.
Id probat etiã ex Paulo Augustinus, & mul-
tis Apostolorum institutis euinci facile potest.

Nec est cur Plebeis iniuria irrogari ulla pu-
tetur, si ut in plerisque itidem alijs, hac in par-
te non æquantur sacerdotibus. Nam in confesso
est,

1. Tim. 3.
Cypria, de
simplicitas
te prælato-
rum.
Matth. 26
Mar. 14.
Luc. 22.
Act. 20.
1. Pet. 5.
Luc. 10.
Eph. 4.
1. Cor. 11.
Ad inqui-
sitiones la
nuarij.
Matth. 18.
Ioan 20.
1. Tim. 3.
& 4.
est,

DE SACRAMENTO

Tit. 1. Cyril. in Epist. ad Calosyrū. Et de consec. dist. 2. c. Qui manducat. &c. Singuli.

est, CHRISTVM non esse dissectū in partes duas, secundum duo Sacramenti huius signa, sed tam sub vna quam sub vtraq; specie, imō sub vnius etiam hostiæ consecratæ particula CHRISTVM totum exhiberi atq; sumi, videlicet secundum carnem, animam, sanguinem, diuinitatē. Vbi autē CHRISTVS totus sumitur, illic deesse nō potest integer quoque fructus & gratia tanti Sacramenti. Quapropter nulla hic Laici-utilitate fraudatur, siue rē ipsam in Sacramento contentā, CHRISTVM scilicet DEVM & hominem spectes, siue fructum & gratiam, quæ Eucharistiā summentibus ad animarum salutem donatur, quaras: sed tantum hi sub altera accipiunt, quantum alij dignè huc accedentes, sub vtraq; perciperent.

Qua de re vel ambigendi, vel disceptandi amplius nullus iam relictus est locus, posteaquam Spiritus sanctus, qui iuxta promissionē CHRISTI docet ac regit Ecclesiam, certam nobis & explicatam sententiam edidit, editāq; confirmauit Sacrosanctæ Synodi non violanda authoritate. Eius sententiæ verba si quis requirit, breuiter sic habent.

Synod. Basilien. sessione. 30

FIDELES Laici, siue Clerici communicantes & non conficientes, non astringuntur ex precepto Domini ad suscipiendum sub vtraq; spe-

EUCCHARISTIÆ. 48

specie, panis scilicet & vini sacrum Eucharistiæ Sacramentum. Sed Ecclesia quæ regitur Spiritu veritatis secum manente in æternum, ^{Ioan. 14. 16. & 17.} & cum qua CHRISTVS manet usque ^{1. Tim. 4. Mat. 28.} ad consummationem sæculi (sicut ait diuina scriptura) ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reuerentia ipsius Sacramenti & salute fidelium viderit expedire, &c.

Ac rursus in alia Synodo: CVM huiusmodi consuetudo (communicandi Laicum populū ^{consuetud. sessione. 13.} sub vna specie) ab Ecclesia & sanctis Patribus rationabiliter introducta & diutissimè obseruata sit, habenda est pro Lege, quam non licet reprobare, aut sine Ecclesiæ authoritate pro libito mutare.

Hæc sacrosanctarum Synodorū doctrina est ac sanctio non leuiter promulgata, quam Christianus etiam orbis agnoscit, recipit ac retinet magno consensu populorum: iamque tot sæculis in vsu habet, ut eiusmodi Communionis initium nequeat commonstrari. Quare mirum est adhuc reperiri, qui primatū pietatis ^{Augu. contra Crejco. lib. 1. 1. Tim. 3. Mat. 18.} specie ducti, aliter statuunt, & hac in parte cum nouis Ecclesiæ contemptoribus aduersus venerandam totius Ecclesiæ authoritatem conspirant. His verendum est sanè, ne dum externa Sacramenti signa tantopere v-

gent, fructum ipsum internum, adeoq; **CHRISTUM** totum amittant. Quandoquidem neque Fides, neque Sacramenta ulla profunt, nisi peristentibus in Ecclesiae unitate. Cuius quidem unitatis maximum est Symbolum Eucharistia, nullum idcirco fructum præbens Hæreticis atque Schismaticis, quod hanc scindant unitatem.

Quem fructum exhibet ritè sumpta Eucharistia?

Plurimum sanè maximumque præbet. Hoc enim sacru est conuiuium, in quo **CHRISTVS** sumitur, recolitur memoria Passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur: ut præclarè horum fructuum sensu experientiaque excitata decantat Ecclesia. Hic est Panis, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo, nostrosq; animos in vita spirituali sustentat atque confirmat. Hæc sacra Synaxis siue communio, quæ fideles tanquàm eiusdem corporis membra inter se iungi, ac sanctorum piorumque omnium meritis associari significat atque præstat: Tum quod Augustinus est, eisdem capiti suo **CHRISTO** arctissimè unit, ut in eo illi maneant, & ipse in illis, atque ita vitam æternam consequantur. Hoc est viaticum nostræ peregrinationis, quod

Ioan. 6.
& ibidem
Theophyl.
ac Cyril.
in
Hic Orig.
ca. 26. Ma.
1. Cor. 10.
Hilar. li. 8.
de Trin.
Chry. 89. 9
& 10. ad
populum.
Ioan. 6.
Aug. lib. 2.
de visi. in
Exod. 16.
Deut. 8.
Sap. 16.

in huius vitæ deserto militiaq; versantibus, & hinc ad cælestem Hierusalem contendentibus veluti Manna Patribus datum, adfert consolationem, delectationem, virtutem & gratiam longè efficacissimam. Hoc est corpus **CHRISTI** (ut egregiè docet Bernardus) ægris medicina, peregrinantibus via: quod debiles confortat, valentes delectat, languorem sanat: per hoc homo mansuetior ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem deuotior.

Quæ nam ad Eucharistiam dignè sumendam, eiusque fructus consequendos requiruntur?

Expedita est Apostoli responsio: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat: quemadmodum & Augustinus dixit: In **CHRISTI** corpore vita nostra consistit: mutet ergò vitam, qui vult accipere vitam.

Hæc autem probatio sui, & vitæ mutatio in quatuor potissimum rebus versatur, ut adsit fides, pœnitentia, mentis attentio, & Christiani hominis habitus decens. Fides hoc postulat, ne de his quæ diximus, alijsq; similibus, ad hoc mysterium pertinentibus quicquam dubi-

DE SACRAMENTO

1. Tim. 3. *tes. Id fiet, si simpliciter quidem in fide atq, sen-*
 Orig. lib. 1. *tentia Ecclesiæ, ut est sanè necessarium, per om-*
 periarcb. *nia acquiescas. Pœnitentia, de qua mox plura*
 Chrysol. *dicemus, peccatorum detestationem & expli-*
 homi. 3. in *catam coram Sacerdote confessionem, impetra-*
 Matt. Et *tamq̃ue absolutionem exigit. Animus deinde*
 Augst. in *præsens accedat necesse est, qui sese per medita-*
 Ioan. Euā. *tiones & orationes pias ad hoc tantum Sacra-*
 gel. tract. *mentum conuertat. Demùm Christiani decens*
 26. & in *habitus & compositio postulat, ad sacram Sy-*
 Psal. 98. *naxin neminem nisi ierunum, modestum, hu-*
 Ambro. in *milem, supplicem, minimeq̃ue sordidum, acce-*
 orat. ante *dere oportere. Qui uerò sacram Eucharistiam*
 missam. *indignè sumunt, non uitam sed iudicium sibi*
 Au. ad Ia. *sumunt, & rei sunt Corporis & Sanguinis Do-*
 nuarii & *mini, Apostolo teste.*
 Ser. de ad- *mini, Apostolo teste.*
 uentu Doz
 mini.
 1. Cor. 11.

De Pœnitentiæ

Sacramento.

Quid est Pœnitentiæ Sacramentum?

ESt, in quo Sacerdotalis absolutio à peccatis, quæ detestatus, riteq̃ue confessus quis fuerit, impetratur. Quam absolucndi potestatem ut in Ecclesia certam haberemus, Diuina promissio sacerdotibus facta hæc fuit: Accipi-

te

POENITENTIÆ. 50

te Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Rursus uerò, Amen dico uobis, inquit Dominus: Quæcun- que alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: Et quæcunq̃ue solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Ex quibus uerissimum cernitur, quod Chrysostomus palam affirmat: Nostris Sacerdotibus non cor- poris lepram, uerū animæ sordes, nō dico purgatas probare, sed purgare profus concessū est. Et Augustinus eadē ratione concludit: Quid facit Ecclesia, inquiens, cui dictum est, Quæ solueritis, soluta erunt? nisi quod ait Dominus ad discipulos: Soluite illum, & finite abire.

Ioan. 20.

Matth. 18.

Chry. de Sacerdotia lib. 3.

Au. de uerbis Dom.

Ioan. 11.

Cur opus est pœnitentiæ Sacramento?

VThomo post Baptismum relapsus & inimicus DEI factus, DEO recōciliatur, & remissione peccatorū accepta per hoc Sacramentū resurgat & reuiuiscat ad uitā spiritua- lem. Vnde Patres pœnitentiā nō temerè secundā post naufragium Tabulam uocant, qua scilicet ex uortice mortalis peccati, tanquā è naufragio subuehi, & in gratiā amicitiamq̃ DEI trāsferri unusquisq̃ possit, quantūlibet multis malignisq̃ criminibus sit pregrauatus.

Ambr. lib. de pœnitentia. 1. & 2.

Terul.

Hieron. sup. Danielem.

Aug. de ueritate & falsitate pœnitentiæ.

Ezech. 18. & 33.

G 2

Quant-

DE SACRAMENTO

Quando hoc Sacramentum ritè accipitur
& efficaciter operatur?

Concil.
Florentin.
Augu. 60.
50. lib. 50
bom.

Cum is, qui remissionem peccatorum implo-
rat, tres illas partes seu actiones adhibet.
Contritionem videlicet, Confessionem & Sa-
tisfactionem: quæ totam bonitatis ad Deum con-
uersionem & renouationem completuntur. De
quibus ita Chrysostomus: Perfecta pœnitentia
cogit peccatorem omnia libenter ferre: in cor-
de eius contritio, in ore confessio, in opere tota
humilitas. Hanc esse frugiferam pœnitentiam
Chrysostomus asserit, vt quibus modis Deum
offendimus, offendimus autem corde, ore ac ope-
re, iisdem reconciliemur Deo, corde quidem per
Contritionem, ore per Confessionem, ac opere per
Satisfactionem.

Psal. 50.

Ad Contritionem pertinet illud, Sacrifi-
cium Deo spiritus contribulatus: cor con-
tritum & humiliatum DEVS non des-
picias. Confessionem his verbis Lucas indi-
cat. Multi credentium, inquit, veniebant
confitentes & annuntiantes actus suos.

Iacob. 5. &
ibidem
Beda.
Matt. 3.
Lucæ. 5.

Et Iacobus Apostolus docet: Confitemini al-
terutrum peccata vestra: Ad satisfactionem
porro spectant digni pœnitentiæ fructus, quos
Ioannes Baptista postulat, inter quos & elee-
mosynæ. De his autem Daniel Propheta: Pec-
cata tua, inquit, eleemosynis redime, &

Dani. 4.

ini-

PŒNITENTIÆ.

51

iniquitates tuas misericordijs pauperum. Ambro. ad
Græde scelus, grandem habet necessariam sa-
tisfactionem, ait Ambrosius. virg. laps
sam.

Quid est Contritio?

Est animi dolor, & quæ de peccatis conci-
pitur detestatio, cum proposito vitæ in me-
lius commutandæ coniuncta. Hæc contritio pa-
ratur, si quis peccatorum suorum multitudinem, ma-
gnitudinem ac multitudinem sedulo intuea-
tur: si de summa bonitate offensa, de DEI gra-
tia ceterisque donis amissis sollicitè cogitet: si mor-
tis incertæ ineluctabilem necessitatem, futuri
iudicij seueritatem, ac paratas etiam peccatori-
bus pœnas sempiternas expendat atque perti-
mescat. Huc pertinet illud Ezechie: Recogi-
tabo tibi omnes annos meos in amaritu-
dine animæ meæ, Et illud Davidis: Iniqui-
tatem meam ego cognosco, & peccatum
meum contra me est semper. Idemque ali-
bi, A iudicij tuis timui. Quin & manifesta
DEI vox est ad peccatorem: Charitatem tu-
am primam reliquisti: memor esto itaque
vnde excideris: & age pœnitentiam. Sed
& Christus in Euangelio, Timete eum, in-
quit, qui postquam occiderit, habet pote-
statem mittere in gehennam, ita dico vo-
bis, hunc timete, Iam verò Contritionis hic

Chry. in
Psal. 50.
Et de com-
punct. cor.
lib. 2.
Basil. in
Psal. 33.
Heb. 9.
Soph. 1.
Matt. 25.
Mar. 9.
Esaie. 38.
Psal. 50.

Psal. 118.

Apor. 2.

Luc. 12.

DE SACRAMENTO

dolor natus ita demum ad remissionem peccatorum nos preparat, si cum fiducia diuinæ misericordiae, uotoq; præstandi ea, quæ ad Sacramentum hoc spectant, coniungatur.

Est'ne Confessio necessaria?

Est utique, non solum autem, ut quidam falso autumant, interior quæ coram DEO quotidie faciēda est Davidis exemplo, qui ait: Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meam Domino: Verum etiam exterior illa, quæ apud Sacerdotem de criminibus peragitur omnibus, quæ post examinatam sedulo conscientiam in mentem homini ueniunt. Ita de hominibus Ecclesiæ primitiua scriptum est: Multi credentiū ueniebant confitentes & annuntiantes actus suos. Quam confitendirationem esse necessariam nõ Ecclesiæ modo sacra iura & Patrum ueneranda scripta confirmāt, sed etiam CHRISTI diuina uerba concludunt declaratq;, cum ait: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retēta sunt. Atqui remittere uel retinere peccata (cum iudicis hæc sint officia) nullus recte potest sacerdos, nisi illorum causa probe cognita atque perspecta sit. Quæ causa cognitio prius fieri nõ potest, quam is qui expēdēdum se Sacerdoti ut Iudici ac medico suo, ab

POENITENTIAE. 52

soluendumq; constituit, spontanea confessione vulnera sua sigillatim detegat, atq; ita aperiat ut Sacerdos quid ligandum sit, quid uel soluum, explicatè cognoscere queat.

Concili.
Later. &
Florent.
Hiero. in
cap. 16.
Matth.

Quomodo Patres de Confessione scribunt.

HI certè non modò confitendi utilitatem & usum, qui semper in Ecclesia fuit, sed ius etiam atq; necessitatem nobis magno consensu commendant comprobantq;. Ut autem plurimis paucos & probatissimos illos testes producamus, sic habet in primis magnus ille Basilius: Necessarium uidetur his, quibus dispensatio Mysteriorum DEI cõmissa est, confitēda esse peccata. Sic enim & hi qui antiquitus pœnitebant, inueniuntur apud Sanctos confessi esse peccata sua. Tum Cyprianus, Confiteantur, inquit, singuli, quæso uos fratres, delictum suum, dum adhuc qui delinquit in seculo est, dum admitti eius confessio potest, dum satisfactio cuius quæ & remissio facta per Sacerdotes apud Dominum grata est. Accedit his Augustini sententia: qui ait, Sunt, qui sufficere sibi ad salutem autumant, si soli DEO, cui nihil occultum est, quem nullius latet conscientia, sua confiteatur crimina. Nolunt enim aut erubescunt, siue dedignantur se ostendere Sacer-

Clemens ad Iaco.
Orige. in Psal. 37.
Chry. lib. 3. de sacerdo.
In regula monacho-rũ. Et de itin. mona.
serm. 5. de lapsis.
Li. 2. de uel ad salutem autumant, si soli DEO, cui nihil occultum est, quem nullius latet conscientia, 1. cap. 2. Tñ in Psal. 66
Luc. 17.

Leuit. 14. *dotibus, quos tamen inter lepram & lepram di-
scernere per Legislatorem constituit Dominus.*
Sed nolo vt ipsa decipiaris opinione, quatenus
confundaris confiteri coram Domini Vicario,
vel tabescens præ rubore, vel cernicosus præ in-
dignatione. Nam ipsius similiter subeundū est
iudicium, quem Dominus sibi non dedignatur
Vicarium. Ergo ad te venire roges Sacerdotē,
& fac ipsum conscientiarum tuarum penitus
participem. Nec minus est euidentis, quod Leo
Epist. 91. ad Theodo-
rū Episc.
ille Magnus scriptum reliquit: Multiplex mi-
sericordia DEI, ita lapsibus subuenit huma-
nis, vt non solum per Baptismi gratiam, sed et-
iam per Pœnitentiæ medicinam spes vitæ re-
paretur æternæ, vt qui Regenerationis donum
violassent, proprio se iudicio cōdemnantes, ad
remissionem criminum peruenirent: sic diuine
bonitatis præsidij ordinatis, vt indulgentia
DEI, nisi supplicationibus Sacerdotum, ne-
queat obtineri. Mediator enim DEI & ho-
minum homo CHRISTVS IESVS, hæc
1. Tim. 2. præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, vt &
confitentibus satisfactionem pœnitentiæ daret,
& eadem salubri satisfactione purgatos ad com-
munionem Sacramentorum per ianu-
am reconciliationis ad-
mitterent.

Quid

Quid porrò de Satisfactione sen-
tiendum est?

ID videlicet, quod alia CHRISTI Re-
demptoris propria, alia fidelium pœnitenti-
communis sit Satisfactio. Illa semel in corpore
CHRISTI crucifixi, dum agnus ille mun-
di peccata tulit, peracta est, vt qui natura sunt
Ephe. 5. iræ filij, DEO reconcilientur. Hæc verò quæ
1. Ioan. 2. ad pœnitentes pertinet, à CHRISTI mem-
bris in Ecclesia quotidie peragitur, cum pœni-
tentes post Confessionem ea quæ Sacerdos absol-
uens iunxit perficiunt, aut cum vltro quidē
2. Cor. 5. dignos pœnitentiæ fructus edimus. Quæ vindi-
Epist. 8. catoria simul & emendatoria quædam est Sa-
& 4. tisfactio, & Redemptoris CHRISTI be-
Tertul. de neficiū atque Satisfactionem adeo non obscū-
penitent. rat, vt magis etiam cōmendat illustretq. Illa e-
Isaia. 56. rat, vt magis etiam cōmendat illustretq. Illa e-
Exe. 18. nim præute ac præcipue cooperante, iudiciū faci-
2. Cor. 7. mus & iustitiam, iuxta diuinā scripturā, deli-
psal. 50. cta nostra cōtra nos ipsos vindicantes, & residuas
& ibidem in nobis peccatorū reliquias diluētes, Deiq. gra-
chryso. & in cap. 3. tiam nobis pleniorē concilians atq. promerentes.
Matth. 2. Cui rei luculentum præbēt exemplū Dauid &
Iona. 3. alij, quos in cilicio, cinere, gemitu, luctu, ieiunij
3. Reg. 21. alijsq. afflictionib. pœnituisse cōstat, et hinc
Matth. 11. DEO grati & approbati fuisse leguntur. Huc
Iudith. 4. etiam spectant illa: Peccata tua eleemosynis
Ioëlis. 2. redime. Item, Cōuertimini ad me in toto
Dani. 4. Ioëlis. 2. 2. Cor. 7.

G 5 cor-

DE SACRAMENTO

corde vestro in ieiunio, & fletu, & plāctu:
Et quod Paulus docet, tristitiam quæ secundū
 DEVM est, operari v̄indictam, quodq̄ idem
 scribit, *Si nos ipsos diiudicaremus, non v̄itque*
iudicaremur à Domino. Ea propter nō est, cur
de satisfactionis nomine, quod certè Patribus
perquam familiare est, disceptemus, cū in scri-
pturis res ipsa perspicuè proponatur.

1. Cor. 11.

Profer aliquot Patrum de Satisfa-
 ctione sententias.

Cyprianus ille, sanctiss. Martyr & testis
 gravissimus, in hunc modum docet: DEVS
 quantum Patris pietate indulgens est, tan-
 tum Iudicis maiestate metuendus est. Alto vul-
 neri diligens & longa medicina non desit: pœ-
 nitētia crimine minor non sit: orare oportet im-
 pensus, diem luctu transigere, vigilijs noctes,
 ac fletibus insomnes ducere, tempus lachrymo-
 sis occupare lamentationibus, stratos adhaerere
 cineri, in cilicio volutari & sordibus. Idem-
 que rursus. Rogandus est DEVS & satisfac-
 tione nostra placandus, delicta nostra reputan-
 da, actus nostri & animi secreta voluenda,
 conscientia merita ponderāda. Nec multo post:
 Pœnitentiæ iter quod ostendit antistes, ample-
 ctamur: remedia vitalia, quæ de scripturis cele-
 stibus ille depromit, assumamus, & ex vulne-
 ribus

Serm. 5. de
 lapsis.
 Idem li. 1.
 epist. 3.
 & lib. 3.
 epist. 14.

Serm. 5. de
 lapsis.

POENITENTIÆ. 54.

ribus etiam occultis, quorum exomologesin fe-
 cinus, exponentes apud eum conscientia nostræ
 pondus, salutarem medicinam exquiramus: nec
 cessemus in agenda pœnitentia atque in Domi-
 ni misericordia deprecanda, ne quod nimis esse
 in qualitate delicti videtur, in neglecta satisfac-
 tione cumuletur.

Et Augustinus clarissimè dixit: Non suffi-
 cit mores in melius commutare & à factis ma-
 lis recedere, nisi etiam de ijs quæ facta sunt sa-
 tis fiat DEO per humilitatis gemitum, per
 contriti cordis sacrificium, cooperantibus elec-
 mosynis.

Hom. 59.
 lib. 50.
 Ho. Et in
 Enchirid.
 cap. 70.

Tum alibi quoque sic idem habet: Quomodo
 nullus dies est, in quo homo possit esse sine pec-
 cato, sic nullo die debet esse sine satisfactionis re-
 medio. Et apud Hieronymum legimus in hunc
 modum: Affligendū corpus quod multis va-
 cavit delitijs, longus risus perpeti cōpensandus
 est fletu, mollia linte anima & serica preciosissi-
 ma asperitate cilicij cōmutāda. Tū rursus: Pec-
 cator dormiat in sacco, & præteritas vitæ deli-
 tias austeritate compenset. Eodem spectās Am-
 brosius, Qui agit pœnitentiam, inquit, non so-
 lum diluere lachrymis debet peccatum suum,
 sed etiam emendationis factis operire & tegere
 superiora facta, ut ei non imputentur. Atq; idē
 alibi: Grandi plage alta & proluxa opus est

Hom. 2. in
 Apoc.

In Epita-
 phio. Pau-
 la.

In Malac.

Lib. de pœ-
 nitent.

Ad virgi.
 lapsam.

me-

DE SACRAMENTO

*medicina. Gaude scelus grandem necessariam
habet Satisfactionem.*

Est'ne Satisfactioni etiam post
mortem locus?

AD hoc explicandum varia morientium cōditio est obseruanda. Horum enim alij gratiam DEI, vitæque innocentiam ad finem vsque conseruant, ad quos pertinent, quod scriptura testatur, *Iustis & ijs qui non peccauerunt, vt Abraham, Isaac & Iacob, pœnitentiam non esse positam. Alij peccauerunt quidem, & ex accepta DEI gratia exciderunt, sed criminum sordes dignis pœnitentia fructibus expiarunt: vt Dauid, Ezechias, Petrus, Magdalena. Vtrunque hoc genus nulla est mortem eget Satisfactione, sed ab ea prorsus est liberum. At longè plures sunt homines medijs generis morientes, nec valdè boni, nec valdè mali, vt Augustinus indicat, qui peccatorum suorum pœnitentiam in vita perfectam non præstiterunt: ideoque per ignem saluandi: vt quod satisfactioni pro hac vita conuenienti defuit, in altero sæculo iustitia diuinæ persoluatur. Nihil enim coinquinatum intrabit in sanctâ illam ciuitatem.*

Huiusmodi ergo defunctis, vt ad questionem propositam respondeamus, subeunda est quæ-

*In oratione
ne Manaf.
sis pœnitent.
tis.*

*2. Reg. 12.
Psal. 6.
Esaie. 38.
Matth. 27.
Luc. 7.*

*In Enchi.
rid. c. 110.
1. Cor. 3.
& ibidem
Origen.
Ambr.
Hieron.
August.
Grego.
A pœ. 21.
Psal. 14.
23.*

POENITENTIAE. 55

quædam, & grauis illa profectò post mortem satisfactio. Quam interim DEVS pro ingenti clementia sua relaxare consuevit, pietate vixitum intercedente, vt defuncti, suorum in Ecclesia fratrum, adeoq; membrorum adiuti susfragijs, à peccatis horrendisq; peccatorum pœnis releuentur. Et huc spectat, quod sacre scripture tradit authoritas, SANCTA & salubris est cogitatio, pro defunctis orare, vt à peccatis soluantur. Vnde laudatus est Indas ille Machabæus, quod singulari religione ductus, pro mortuorum peccatis non preces modo, sed etiam sacrificium offerri sollicitè atq; sumptuose curarit.

*Augu. in
Psal. 37.
Aug. li. 20
de ciui. Dei
Et Dam.
ser. de his
qui ex hac
migrarūt.*

*2. Mac. 15.
Ibidem.*

In hanc sententiam concedunt venerande Concilii Synodi, & Patres, qui veram Ecclesie doctrinam tradiderunt. Ex quibus vt vnus pro multis, idemq; fide dignissimus testis Augustinus proferatur. In secundo inquit, Machabæorum libro legimus, oblatum pro mortuis sacrificium. Sed si nusquam omnino in scripturis veteribus legeretur, non parua est vniuersæ Ecclesie, que in hac consuetudine claret authoritas, vbi precibus Sacerdotum, quæ Domino DEO ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio animarum. Et rursum alibi, Purgatorias pœnas nullas futuras opinandum est, nisi ante illud vltimum tremendum.

*Concilii
Carthæ.
4. ca. 79.
& 95.
Braccar.
1. & 2.*

*Li. de cura
pro mortuis
gerenda.*

*De ciuitate
Dei. li. 21.*

August. de dumque iudicium. Et quid illis verbis luculentius? Orationibus sanctæ Ecclesiæ inquit, et sacrificio saluari, & Eleemosynis, quæ pro eorum (defunctorum) spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuari, ut cum eis misericordius agatur à Domino, quam peccata eorum meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum vniuersa obseruat Ecclesia. Sic Augustinus ante. M. CC. annos, ut interim eo vetustiores etiam, Cyprianum a, Origenem b, Dionysium c, Clementem d in hac doctrina maxime consentientes prætermittamus.

Quocirca Chrysostomus e palā hortatur, ut pro viribus & ipsi defunctos inuenius, & alios qui pro ipsis orent, commonefaciamus: Nō enim frustra ab Apostolis sancitum est, ut in celebratione venerandorum mysteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc decesserunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum utilitatis. Ita Chrysostomus. Hoc est demum, quod aduersus Aërianos Ecclesia fida Scriptura interpres usque docuit, ignem esse quandam purgatorium seu emendatorium, ut Augustinus appellat, eoque poenas peccatorū, quæ hic Pœnitentia non diluit, defunctis in CHRISTO fidelibus luendas & expiandas esse: nisi prout Augustinus loquitur, uentium suorum pietate illi releuentur.

Quæ commendatio ac dignitas est Pœnitentiæ?

Hæc est Euangelicæ predicationis exordium, Angelorum in caelis gaudium, via in terris, arcta & angusta porta, per quam fideles ad vitam contendunt, & violenti rapiunt Regnum caelorum. Hæc lapsos erigit, saucios curat, imbecilles roborat, mortuos uiuificat, perditos restituit, omniaque demum quæ peccati uiciat, Pœnitentia in nobis redintegrat. Hæc Demones & vitiorum pestes superamus: hæc meritas poenas auertimus; DEI placamus iram, conciliamus gratiam, & gloriam aternā comparamus. Hinc illæ CHRISTI uoces in Euangelio: Pœnitentiā agite, appropinquauit enim Regnum caelorum. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. At is demum ueram pœnitentiam agit, ut Cypriani uerbis hæc omnia concludamus, qui DEI & Sacerdotis præceptis obediens, & obsequijs suis & operibus iustis Dominum promeretur.

De

Quæ

a Lib. 4. E.
pist. 2.
b in Leuit.
c de Eccle.
hier.
d epist. 1.
e in 1. cap.
Epi. ad P.
lippen.
in. 15. ca. 1.
Corinth.
Epiphani.
contr. Aër.
Aug. de
heresibus.
In psal. 37
Orig. in
Hier.
Leuit.
In Enchi.
c. 110. Et
de cura pro
mor. gerens
da cap. 1. 4
c. 18.

Matt. 3.
Marc. 1.
Luc. 15.
Luc. 7.
Matt. 11.
Aug. de pe
nitent.
Hier. 18.
Eze. 18.
c. 33.
lonæ. 3.
Matt. 3.
2. Cor. 7.
Acto. 11.
Matt. 3.
Matt. 9.
Luc. 13.
Cyp. ser. 5.
de lapsis.

De Sacramento

Extremæ vnctionis.

Quid de Sacramento Extremæ vnctionis credendum est?

Concili.
Florent.
Hieron. &
Beda. in c.
6. Martii.

Idissum nempè quod Catholica Ecclesia cōstanter docet, signum hoc esse sacrum, in consecrato oleo institutum, v̄t per illud cœlestis virtus ad salutem applicetur aegrotis ex diuina institutione. Cui Sacramento testimonium longè clarissimum præbet S. Iacobus Apostolus quum in hæc verba scribit: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, vngentes eū oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei.

Iaco. 5. &
Aug. lib. 2
de v̄siti. in
firmorum.

Quid his verbis docet Apostolus?

In. 6. cap.
Mar. & in
nocent. ad
Episcop.
Eugu.

Primùm Sacramenti huius ostendit elementum seu materiam oleū esse, quod rectè Hieronymus consecratum oleum vocat, quia solenni benedictione per Episcopos consecratur. Significat autem hilaritatem animi & confortationem internam, quæ per DEI gratiam Sacramento huius virtute ab aegroto percipitur. Deinde per Apostolum designatur Sacramenti

mi-

EXTREMÆ VNCT. 57

Minister proprius, nimirum sacerdos qui sacrâ Chry. li. 3.
hanc Vnctionem cum orationibus decenter ex- de Sacra.
erceat. Ita non frustra de Apostolis est scriptum: Vngebant oleo multos aegrotos, & sanabantur. Tertio, qui suscipiunt hoc Sacramentum, à Iacobo dicti sunt infirmi, quoniam, vt Inno. ad
Ecclesie mos est, in grauius & periculosis infirmitatibus tantum sacra isthæc vnctio celebratur. Decentia
Epist. &
Concil.
Florent.

Quis est Sacramenti huius fructus & effectus?

Confert primùm ad remissionem peccatorum, quæ quidem ab aegroto Pœnitentiæ remedijs non sunt expurgata. Deinde prodest ad corporalem infirmitatem vel depellendam vel alleuiandam, quatenus expedit eam aegroto recuperare. Postremò ad consolationem & fiduciam subministrandam iuuat, qua sanè in supremo illo agone exituque animæ opus est maximè, quando & cū doloribus maximis, & cum horrendis Demonibus morituro est grauissimè cōsultandum. Atque hoc est quod per Apostolum suum DEVS promisit: Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Ad quos quidem designandos effectus etiam olei natura seu nativâ vis pulchrè congruit,

Tertul. ad
Scapulam

Au. lib. 2.
de v̄siti. infi.

Iacob. 4.

H vt

DE SACRAMENTO

In cap. 6. *ut explicat Theophylactus. Quocirca retinen-*
 Marc. dum est prorsus; quod saluberrimè monet Au-
 Lib. de re gustinus: Qui ægrotat, inquit, in sola DEI
 Etudine gustinus: Qui ægrotat, inquit, in sola DEI
 catholice misericordia confidat, & Eucharistiam cum fi-
 conuerfas de ac deuotione accipiat, Oleumque benedictū
 tionis. fideliter ab Ecclesia petat, unde suum corpus
 Iacobi. 5. ungetur, & secundum Apostolum, Oratio
 fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum
 Dominus.

De Ordinis Sa- cramento.

Quid est Ordinis Sacramen-
tum?

Concili.
 Florent.
 Ambr.
 in. 12. c. 1.
 ad Cor.
 1. Cor. 4.
 Mala. 1.
 1 Tim. 3.
 Ephe. 4.
 1. Cor. 14.
 Eohe. 4.
 Heb. 5.
 Acto. 1.
 Cyp. lib. 4.
 epist. 2.
 Tertull. de
 Pres. Her.

Est quo singularis gratia ac potestas spi-
 ritualis quibusdam traditur, ut munus
 in Ecclesia ex professo gerant. Hoc est Sa-
 cramentum, per quod, velut estium, necessa-
 riò intrant legitimi dispensatores mysteriorum
 & eloquiorum DEI, ministri CHRISTI
 & Ecclesiæ, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, ac
 quotquot demum in Ecclesiasticis munijs obe-
 rendis ritè & cum authoritate versantur. Ne-
 mo autem, ut scriptura testatur, sibi sumit
 honorem, exercendorum videlicet ministerio-
 rum Ecclesiæ, nisi qui vocatur à DEO tan-
 quàm

ORDINIS.

58

quàm Aaron: hoc est, nisi Sacramento visibi-
 lis Ordinationis initiatus, & legitime ordina-
 tus missusque fuerit ad op^o certi ministerij, quod
 in Ecclesia pro suo statu gerat iuxta leges diu-
 nae & Apostolicæ Traditionis.

Math. 10.
 Luc. 9.
 Mar. 9. vs.
 Ioan. 20.
 Acto. 13.
 Tit. 1.

Nonne omnes Christiani ex æquo
sunt Sacerdotes?

Minimè quidem. Etenim si propriè nomen
 Sacerdotij accipimus, duntaxat quadrat
 ijs, quibus authoritas & potestas ex instituto
 CHRISTI facta est consecrandi offerendiq;
 sacram Eucharistiam, Episcopalia item mu-
 nia exercendi, peccata in super tui remittendi, tui
 retinèdi in Ecclesia. De quibus nonæ Legi Sa-
 cerdotibus seu presbyteris ita Paulus: Qui be-
 ne præfunt Presbyteri, duplici honore di-
 gni habeantur, maximè qui laborant in
 verbo & doctrinà. Id quod congruere non
 potest mulieribus, quas in Ecclesia idem Apo-
 stolus non docere iubet, sed tacere: neque om-
 ninò plebæis conuenit, quorum est, ouium mo-
 re, pasci non pascere, regi non regere, nec se præ-
 ferre, sed subijcere & subiaccere Præpositis, &
 quæcumq; hi, siue boni, siue mali, in Cathedra
 sedentes dixerint, audire, seruare & facere, ut
 verbo Dei præcipitur. Quapropter sicut in
 Ecclesia triumphante Angeli sunt ordine ac

Hic. contr.
 Luciferia-
 nos.
 1. Cor. 11.
 Roma. 10.
 1. Cor. 12.
 Ioan. 20.
 1. Tim. 5.
 1. Tit. 2.
 1. Cor. 14.
 Ioan. 21.
 1. Pet. 5.
 & 2.
 Heb. 13.
 Rom. 13.
 Matt. 23.
 Luc. 10.
 1. Ioan. 4.
 Ephe. 1.

DE SACRAMENTO

*Colof. 1. potestate differentes, qui iniuncta sibi munia de
Danie. 7. centi quadam serie obeunt, ac fideliter exequuntur: sic militans etiam Ecclesia, quæ domus
Diony. de celest. hier. rarchia. DEI & velut castrorum acies quadam or-
1. Tim. 3. dinata est, ministros habet sibi peculiare, à re-
Cant. 6. liquis Christianis sciunctos, & pulchro ordine
Anaclet. & Philor. inter se dispositos ad publica & communia Ec-
Dist. 21. clesie ministeria peragenda: nimirum ut pro
Christiano populo in his quæ ad DEVM, sa-
Heb. 5. lutemque animarum spectant, suas illi operas
2. Cor. 5. ex professo ac pro dignitate præsentent.
Heb. 13.*

Quo loco Scriptura testimonium huic
Sacramento præbet?

*Acto. 6. ILlic scilicet, ubi de Apostolis legitur, quod
1. Tim. 4. in Ecclesie ministris deligendis, institu-
2. Tim. 1. endis atque ordinandis *visi sunt manuum im-
Amb. li. 3. positione. Hoc enim veluti simbolo certo &
de dignita. effiaci presentis gratiæ, quæ in superiorum Or-
Sacra. dinum collatione exhibetur & accipitur, Sacra-
mentum illud nobis est commendatum. Quare
Paulus ad Timotheum à se creatum Episcopum
1. Timo. 4. scribens, & acceptæ in hoc Sacramento gratiæ
& ibidem illum admonens: Noli, inquit, negligere gra-
Theoph. tiæ quæ in te est, quæ data est tibi per pro-
phetiam cum impositione manuum pres-
byterij. Et rursus ad eundem: Admoneo te
2. Tim. 1. ut resuscites gratiam DEI, quæ in te est**

per

ORDINIS.

59

per impositionem manuum mearum. Quoniam verò permagni refert, quales in Ecclesia quibuscunque manibus præficiantur, & Ecclesiasticam potestatem ex hoc Sacramento accipiant, ad omnem Episcopum dicitur: Manus cito nemini imposueris, neque communi-
1. Tim. 1. Leo in epist. 65.

Quot gradus in se continet hoc Sacramentum?

Generatim quidem minores ordines maioresque continet: minores scilicet quatuor, Ordinariariorum, Lectorum, Exorcistarum, & Acolythorum: maiores verò tres, nempe Subdiaconorum, Diaconorum, ac Presbyterorum. Ex presbyteris porro alij maiores, alij minores à CHRISTO instituti inveniuntur. Maiores enim Presbyteri Apostoli sunt, eorumque successores Episcopi, magna sanè potestate & reuerenda dignitatis prærogatiua excellentes. Nam horum est (Scriptura teste) attendere sibi & uniuerso gregi, quæ à Spiritu sancto curandum pascendumque accipiunt, regere Ecclesiam, ea quæ desunt corrigere, per ciuitates item Presbyteros constitucere. Minores verò Presbyteri sub episcopis, sicut septuaginta duo illi discipuli sub Apostolis, in Ecclesie ministerio deseruiunt, dona & sacrificia pro peccatis offerunt, atque in curanda Do-

Concil. Carth. 4. & Laodi. Ignat. ad Antioch. Dionys. de eccle. hier. Luc. 9. & 10. Cyp. lib. 1. epist. 3. & li. 3. epist. 9. Ignat. ad Philadel. Acto. 20. 1. Pet. 5. Heb. 13. Ad Tit. 1. Luc. 10. Anaclet. Epist. 3. Heb. 5.

H 3 mi-

DE SACRAMENTO

Mat. 9. *mimica messe tanquam operarij secundum illos existunt. Verum presentis instituti nõ est, quæ singulis Ordinibus functiones & leges præscriptæ sint enucleare. Illud sanè constat, magno in pretio cunctos Ordines habendos, ac sedulo retinendos esse. Firmum enim testimonium illis præbet sacra Traditionis Apostolicæ Ecclesiasticæq; observationis disciplina, quæ ad nos vsq; transmissa perdurat.*

**Ambro. in
epist. ad
Eph. c. 4.**

Quomodo veteres patres de hoc Sacramento scribunt?

**Libr. que-
stio. vet.
& novi te-
sta. Et li. 2.
cont. li. per
meniani.
Ioan. 20.** *Certe Augustinus Doctor verè Catholice suam & Ecclesiæ sententiam his verbis manifestè declarat: Quod insufflasse in discipulos Dominus legitur post dies paucos resurrectionis suæ, & dixisse: Accipite Spiritum sanctum, ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in Traditione dominica per Spiritum sanctum aguntur, idcirco cum regulæ eius & forma traditur huius discipline, dicitur eis: Accipite Spiritum Sanctum. Et quia verè ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiicit dicens, Cuius tenueritis peccata, tenebuntur: & cui remiseritis, remittentur ei. Inspiratio ergo hæc, gratia quædam est, quæ per traditionem infunditur ORDINATIS per quæ commendationes habeatur. Unde Apo-*

ORDINIS.

60

Apostolus dicit ad Timotheum, Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyterij. Semel ergo fieri oportuit, ut de cætero Traditio ista non sine dono Spiritus sancti esse crederetur. Hucusq; Augustinus. Extant & Apostolorum Canones publico Ecclesiæ iudicio recepti, in quibus hoc modo statuitur: Episcopus à duobus aut tribus Episcopis ordinator: Presbyter ab uno Episcopo ordinator: ita Diaconus & reliqui Clerici. Tum infra. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaco-

1. Tim. 4.

*In. 6. Syno-
do.
Canon. 1.
& 2.*

Can. 68.

*Vide in signis
Canon.
nes. 61.
dist.*

*Li. 4. Epi.
2. Et dist.
39. ca. Qui
Ecclesiasti.*

simam non ieiunauerit, aut quartam feriã, aut Parasceuen (hoc est, sextam feriã) Ordine mouetor, nisi fortè infirmitas corporis impediât. Cuius verò, ante annos M. CC. Pontifex & Martyr illustris, hos ipsos gradus & Ordines sigillatim recenset, quum ait: Si quis Episcopus esse meruerit, primò Ostiarius, deinde Lector, post Exorcista, deinde sacretur Acolythus dehinc vero Subdiaconus, Diaconus, & postea Presbyter: exinde, si meretur, Episcopus ordinetur. Laudat igitur Cyprianus Cornelium Episcopum, ac bonis omnibus tum in Clero, tum in populo eundem laudabili prædicatione cõmendari scribit: Quia non iste ad Episcopatum subito peruenit, sed per omnia

H 4. Ec-

DE SACRAMENTO

Ecclesiastica officia promotus, & in diuinis ad ministracionibus Dominum sapè promeritus, ad Sacerdotij sublimè fastigium cunctis Religionis gradibus ascendit: tum deinde Episcopatum ipsum nec postulauit, nec uoluit, nec uiuauit: sed quietus, modestus, castus, humilis, uerecundus, demùm & coactus excepit. Quos igitur Ordines uetus & Apostolica probauit Ecclesia, sicut a Dionysij, b Anacleti, c Ignatij que scripta declarant, eosdem etas omnis complexa posterior, suo etiam iure conseruat.

*a de Eccle. hier. & ad Demophilum.
b dist. 21.
c Ad Anacletum.*

Quis est Ordo in Ecclesia magis celebratus?

Presbyterorum Ordo, siue Sacerdotium: de cuius ingenti, semperque reuerenda dignitate Chrysostomus & Ambrosius libros integros ediderunt. De quo Magnus etiam ille Ignatius, SACERDOTIVM, inquit, summa est omnium honorum, qui in hominibus consistunt: quod si quis inhonorauerit, DEVM inhonorat & Dominum IESVM CHRISTVM primo genitum totius creatura, & solum natura principem Sacerdotem DEI. Sic ille. *Quin & dilucide testatur diuinum oraculum: Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. Et rur-*

Epist. ad Smyrneses.

*Malac. 2.
Et distin. 43. c. Sit rector.*

sus:

ORDINIS.

61

sus: Qui superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël, cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Hinc & Apostolus iubet: Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Idque ad Timotheum Ephesorum Episcopum scribitur, sicut & illud. Qui bene præfunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo & doctrina.

*Dent. 17.
& Cyprian. lib. 1. Epist. 3. & 8.*

*1. Tim. 4.
Vide. 2.
Epistol. Fabiani.*

1. Timo. 4.

Quid verò de malis Sacerdotibus est sentiendum?

Diuina isthæc est ordinatio, quæ non potest aboleri, ut non boni modo, sed mali quoque Sacerdotes in Ecclesia honorentur. Vult enim in suis ministris agnosci, recipi, audiri atque obseruari ille qui dixit: Super Cathedram Mosis sederunt Scribæ & Pharisei: Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum autem eorum opera nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. *Iam inter malos delectus quidam habendus est, ut quod ad munus auctoritatemque docendi spectat, illis tantum fidem obedi-*

*Eccle. 7.
Chry. in Gen. August. epist. 137.
Matth. 10.
Luc. 10.
Matth. 23.
Et c. Secundum dist. 19.*

Cypri. li. 1. epist. 3.

Et 5 iam q.

Chryso. ad
Hebr. cap.
quiescas
mus. dist.
42. & ca.
Adicum.
16. q. 1.
Lib. 4. ca.
43. Vide
eundem
lib. 3. c. 2.
Lib. 3. &
44.
Li. de præ
scriptioni
bus hereti
corum.

tiamq; debere intelligamus, qui ab Episcopis le
gitime ordinati ac missi, sanam Ecclesia doctri
nam profitentur. Qua de re sapientissimè mo
net, atque hunc in modum docet antiquissimus
Irenæus: *Iis qui in Ecclesia sunt Presbyteris
obaudire oportet, & qui successionē habent ab
Apostolis, & quicum Episcopatus successio
ne charisma veritatis acceperūt: Reliquos ve
rò qui absistunt à principali successionē, quocir
que loco colliguntur, suspectos habere vel qua
si hæreticos & mala sententia, vel quasi scin
dentes & elatos. Nec multò post: Ab omnibus
talibus absistere oportet: adhærere verò his,
qui Apostolicam, sicut prædiximus, doctri
nam custodiunt, & cum Presbyterij Ordine
sermonem sanum & conversationem sine offen
sa præstant, ad confirmationem & correctio
nem reliquorum. Hac Irenæus ille, qui sancti
Ioannis Euangelista discipulum Polycarpum
præceptorem audivit. Et hæc Tertulliano cau
sa fuit, cur hæreticis exprobrans diceret: Ordina
tiones eorum temeraria, leues, inconstantes.
Nunc Neophytos collocant, nunc sedulo ob
strictos, nunc Apostatas nostros: ut eos glo
ria obligent, quia veritate non possunt. Nus
quam facilius proficitur, quàm in castris rebel
lium, ubi ipsum esse illic promereri est. Ita
que alius hodie Episcopus, cras alius: hodie
Dia-*

Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter,
qui cras Laicus. Nam & Laicis sacerdotalia
officia iniungunt. Hucusq; Tertullianus.

Quæ virtus est huius Sacramenti, &
quis effectus?

EXimia certè virtus est & effectus multi
plex. Nam qui septem his Ordinibus, quos
diximus, ritè initiantur, DEI consequuntur
gratiam & potestatem spirituales, ut quæ ad
Ordinum ipsorum functiones proprias perti
nēt, salubriter exequantur, ac inter DEVM
DEI QVE populi idonei ministri sint constā
tuti. Vide Ambrosius: In loco Ordinis officij
Ecclesiastici positus, gratiam habet qualisuis
sit, non vtiq; propriam, sed Ordinis per effica
ciam Spiritus sancti.

Habent præterea idem ordinati certum ex eo
& illustre testimonium, quo se ministeriaque
sua commendent & comprobent alijs. Ita fit, ut
ijs Ordinibus insignes & in ministerium Ec
clesiæ segregati rectè cognoscantur, & suo in
loco habeantur, meritoque honorentur. Væ
autem ijs, quos non Aaronis à DEO vo
cati exempli impellit, sed animi tumor atq; su
perbia, ad instar Orizæ Regis, ad Sacerdotialis
dignitatis munera quomodocumque occupanda
obri-

Concil.
Florent.
Et Augu.
li. 2. contra
Iulian. Pat
meniani.

In. 12. cap.
1. Cor.

Acto. 6.
13. 14. 15.
1. Tim. 4.
Tit. 1. Et
Cyp. lib. 1.
Epist. 4.
& 6.

Nume. 17.
Hebr. 5.
2. Paral. 26.

DE SACRAM. ORD.

Hier. 23. obtinendæ præcipitat. In quos diuinus ille sermo rectè competit: Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos & ipsi prophetabant. Quomodo autè prædicabunt, nisi mittantur? *Kom. 10.* ut segregatus ille in misterium Paulus inquit.

Ex Leone & Greg. qui citantur etiam distin. 61. & 89.

1. Cor. 12. Ephe. 4.

Certè Ordine confuso & sublato Sacerdotio, veri & legitimi Ecclesiæ ministri haud inter-noscerentur, docendi munus & auctoritas vilesceret, Sacramentorum dispensatio in fide præpostereq; curaretur, ac vana etiam foret, functiones Ecclesiastica perturbarentur, atque sicut res nunc ipsa docet, nouæ falsæq; doctrinæ passim spargerentur, grauib; demùm & exitiabilibus motibus identidem Ecclesiæ concutere-tur. Quapropter Apostolus Paulus non modò gradus ministrorū in Ecclesiā diuersos posuit: Verùm etiam quàm salutaris ac necessarij essent, adiunxit, ut afferret diuinitus eos esse da-tos Ecclesiæ ad consummationem Sancto-rum in opus ministerij, in ædificationem corporis CHRISTI, & ut iam non si-mus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia ho-minum, in astutia ad circumuentionem erroris.

Eoq; magis ministrorū isthæc institutio, tanq; nexus firmissimus Ecclesiæ, & conseruanda

DE SACRA. MATR. 63

conitatis pulcherrimum vinculum sedulo re-tinenda, & in malis etiam Ecclesiæ ministris (ut diximus) propter diuinam ordinatione est (ut dicimus) propter diuinam ordinatione est usque honoranda. Vnde scripsit Augustinus, *Epist. 165.* In illum, inquit, ordinem Episcoporum, qui de schismate Donati ducitur ab ipso Petro usque ad Anastasium, qui nunc eandem Cathedram sedet, etiã si quisquã traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præ-iudicaret Ecclesiæ et innocentibus Christianis: quibus Dominus prouidens, ait de præpositis malis: Quæ dicunt facite: quæ au-tem faciunt, facere nolite: *Matth. 23.* Sic Augustinus.

De Matrimonij

Sacramento.

Quid est Matrimonium?

Matrimonium est legitima viri femi-næq; coniunctio, quæ consuetudinem vitæ indiuiduã retinet. Cuius quidẽ coniu-galis coniunctionis si primarium auctorem quæ-ris, DEVS est OPT. MAX. sin finem institutionis spectas, est humani generis propa-gatio, ac demde fornicationis in hac natura cor-ruptæ imbecillitate deuinitio. *27. quaest. 1. Cor. 7. Ephe. 5. 32. q. 2. c. Sicut. 1. Cor. 7.*

Qua

DE SACRAMENTO
Qua ratione Matrimonium est
Sacramentum?

Quatenus ea coniunctio quæ inter virum
& uxorem ætatisima intercedit, congru-
um & sacrum est signum diuinitus institutum,
quo CHRISTI sponsi & Ecclesiæ sponsæ
coniunctio sanctissima firmissimæq; designatur.
Hoc ipsum signum Christianis coniugibus, quæ
do Matrimonium ritè auspiciantur ad gratiam
DEI prodest accipiendam: nimirum ut duo
sint, maneantq; in carne vna secundum suam
vocationem, & fiat in eis quod Apostolus do-
cet, honorabile connubium in omnibus,
& thorus immaculatus. Proinde Paulus
idem; vbi coniunctionis eiusmodi tractat my-
sterium, perspicuè dixit: SACRAMEN-
TVM HOC MAGNUM EST, ego
autem dico in CHRISTO & in Ec-
clesia. Sic & Augustinus: Non tantum, in-
quit, fecunditas: cuius fructus in prole est, nec
tantum pudicitia, cuius vinculum est fides, ve-
rum etiam quoddam Sacramentum nuptiarum
commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit
Apostolus. Viri diligite uxores vestras, si-
cut & CHRISTVS dilexit Ecclesiam.
Et rursus: Fœdus illud initum nuptiale cuius-
dam Sacramenti res est, ut nec ipsa separatio-
ne irritum fiat.

Ambro. in
e. 5. Ephe.
Concili.
Constant.
& Floren.
Hier. in
Matth.
e. Cœnubi.
32 q. 2. &
9. 4. c. Ne-
mo.
Heb. 13.

Ephe. 5.

Nuptijs &
concupis-
centia.

Ephe. 5.

Aug. li. de
bono con-
iugali.

MATRIMONII. 64

An dicimur vnquam potest Ma-
trimonium?

Matrimonium dirimi non posse, CHRI-
STVS Dominus aperte testatur, cum Luc. 16.
ait, Omnis qui dimiserit uxorem suam & Mat. 5.
alterâ ducit, mœchatur: & qui dimissam
à viro ducit, mœchatur. Ac rursus alibi:
Quod DEVS coniunxit, homo nō sepa-
ret. Hanc DEI legem & inuiolabilem ordina-
tionē Paulus porrò illustrans. His, ait, qui Ma-
trimonio iuncti sunt, precipio non ego,
sed Dominus, uxore à viro nō discedere:
quod si discesserit, manere inuuptam, aut
viro suo reconciliari. Et vir uxore nō di-
mittat. Ac postea subiicit: Mulier alligata
est legi, quanto tēpore vir eius viuít. Et si
igitur nulla etiam proles consequatur, & que-
libet vitæ accedant incommoda deturissimæque
casus, tamen consummatum semel Matrimo-
nium valet, adeoque ratum & firmum est, ut
usque indissolubile in omni vitæ perseveret.
Cuius rei causam in CHRISTO ipso sta-
tuemus, qui summa, perpetua & inseparabili
proprus vnione, Ecclesiam Sponsam illam vni-
cā semperq; charissimam sibi adiunxit atq; copu-
lauit. Neque solum hæc ipsa quæ inter virum
& uxorem est coniunctio, vinculi coniugalis
habet firmitatem, verum etiam omnem inde

Luc. 16.
Mat. 5.
Mat. 19.
1. Cor. 7.

Ibidem

Aug. de
adulter.
coniugis.
Et de voto
& voti re-
demptio.
in. 6.

Ephe. 5.
Cant. 3.

DE SACRAMENTO

Polygamiam, ne vni videlicet plures nubant, penitus excludit. Quare CHRISTVS vt
Gen. 2. Matrimonium & certius confirmaret, & ad
Matt. 19. puriorem primacuumq; illum statum reuocaret,
Mar. 10. significanter dixit; Erunt duo in carne vna,
Et: iam non sunt duo, sed vna caro.

Est ne permissum omnibus Matrimonium?

MInimè. Tradiderunt enim sancti Apostoli, vt Epiphanius inquit, peccatum esse, post decretam virginitatem ad nuptias conuertit. Idq; tale ac tantum esse peccatum asserit Hieronymus, vt dicat, Virgines quæ post consecrationem nupservint, non tam adulteras esse, quàm incestas. Et Augustinus ait: Virgo quæ si nuberet, non peccaret, sanctimonialis si nupservit, CHRISTI adultera reputabitur. Pro inde quod Apostolus habet. Melius est nabere quam vri, prout Ambrosius disertè pronunciat, ad non pollicitam, ad nondum velatam pertinet. Caterùm quæ se sponndit DEO, & sctum velamen accepit, iam nupservit, iam immortali nupta est viro: & si iam voluerit nabere communi lege coniugij, adulterium perpctrat, ancilla mortis efficitur. Sic Ambrosius. Vnde semper laudatum fuit Ioviniani Imp. Rescriptum, & à Iustiniano Imp. in Codice relatum, quod

Gen. 2.
Matt. 19.
Mar. 10.

Epiphanius.
contra
Iesum
An-
gelinorū.
Lib. 1. con-
tra Iouii.

In psal. 82
& in
psal. 75.
1. Cor. 7.

Lib. ad cor-
ruptam
virginem.

L. Si quis
c. de sanz
Ei. B. Episc.
& cle.

MATRIMONII. 65

quod sic habet: Si quis nō dicam rapere, sed at-
tentare tantum iungendi causa matrimonij sa-
cratissimas Virgines ausus fuerit, capitali pœ-
na feratur.

Iam de Monachis & Sacerdotibus eadē ratio, idem iudicium est prorsus: damnationem enim habent, si laxatis libidini habenis, primam fidem DEO & Ecclesie datam fefellerint, seu, vt Apostolus loquitur, irritam fecerint. Qui vltro se abdicarunt coniugio, dum seruandum perpetuo Cœlibatum, aut voto expresse nuncupato firmarunt, aut sacrorum Ordinum susceptione saltem tacite comprobauerunt, atque testati sunt. Audiant igitur Verbum DEI: Vouete & reddite Domino DEO vestro. Tum illud: Si quid vouisti DEO, ne moreris reddere. Et quod CHRISTVS ipse docet: Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro, aptus est Regno DEI.

Cogit igitur ad Cœlibatum quosdam Ecclesia?

Non cogit sanè pia prouidatq; mater, quæ legem Cœlibatus nemini imponit: ab ijs vero qui legem eam, vt dictum est vltro receperunt, exigit, ne soluant religionem, neue conuersionem quam cum CHRISTO & eius Ecclesia sanctè iniuerunt, violent atq; rescindant.

I Me-
dist. 28.

Leo Episc.
92. Canon
Apost. 26.
cōprobare.
Conci. Con-
stantinop.
& Chalce-
donen.
Can. 14.
1. Tim. 5.
Aug. de bō
no vidui.

Concil. To-
let. 5. & 20.
& Car-
thag. 2.

Eccle. 5.
Deut. 33.
Luc. 9.

Leo. Episc.
91.
Constitutum
Constanti-
nopolita-
nab
sub Iustini-
ano cap.
13. & 46.
v. de Can.
dist. 28.

DE SACRAMENTO

Merito igitur urgentur illi stare promissis, & seruare, quod semel amplexi sunt, consilium
 1. Cor. 7. Et Theop. Euangelicum: de quo Paulus: Et qui matrimo-
 ibidem. monio iungit virginem suam, benefacit
 Ambr. de virg. & li. (quam diu scilicet DEO dicata non est) &
 de vid. qui non iungit, melius facit. Ac rursus:
 Hier. lib. 1. Bonum est homini mulierem non tan-
 cont. Ioni. gere. Quocirca laudantur à CHRISTO,
 Matt. 19. & in Ecclesia semper apprimè laudati fuerunt
 Basil. de Eunuchi Euangelici, siue, uti Tertullianus
 Epiphani. vocat, spadones voluntarij, qui seipos propter
 cont. Ange- DEI Regnum castrauerunt, ut sint sancti
 linos. corpore & spiritu, DEO in carne sine carne
 1. Cor. 7. militantes. Reliqua verò huc spectantia in lo-
 cum alium commodiorem, qui consilia Euan-
 gelica declarabit, seruabimus.

Quæ est summaria doctrina
 superiorum?

Quæ pro instituta dicta sunt hætenus bre-
 uitate, eò sunt deum referenda: ut ha-
 beant simplices assertionem Catholicam de se-
 ptem Ecclesiæ Sacramentis. Quæ duplicis qui-
 dem esse generis inueniuntur. Alia enim, ut
 priora quinque, singularem cuiuscuiusque fi-
 delis salutem promouent: alia verò, duo vi-
 delicet posteriora, multiplicando DEI po-
 pulo, & Ecclesiæ propagandæ deserviunt.
 Vtrumq;

MATRIMONII. 66

Vtrumque autem illud ex diuina, nobisque ne-
 cessaria institutione efficiunt. Enimuerò Ba-
 ptismus ad spiritualem vitam quæ in CHRIS-
 IANIS EST, regenerat. Confirmatio vires por-
 TANT, ac robur addit Regenerato. Eucharistia ci-
 BUS, potus ac viaticum est peregrinanti. Pæ-
 nitentia præsens aduersus omnes animi morbos
 IAN. 20. pharacum, lapsum hominem erigit, curatque
 Ezec. 18. vulneratum. Succedit extrema vntio, quæ in
 postrema cum morte lucta munit atque conso-
 Iacob. 5. latur emigrantem. Ordo deinde ministros præ-
 Tit. 1. bet Ecclesiæ, qui sacris præsent, ac superiora om-
 1. Cor. 4. nia ritè procurent, dispensent, conseruent & ap-
 plicent. Denique Matrimonium Christianam
 Ephe. 5. gentem propagat, & humanæ prouidet inconti-
 1. Cor. 7. nentiæ.

Hæc sunt igitur antidota, Diuinaque re-
 media, quæ misericordia plenus ille Samarita-
 Luc. 10. nus instituit, & Ecclesiæ præpositis dispen-
 1. Cor. 4. sanda concedidit, nimirum ad probe curan-
 Ioan. 20. dos ægros, id est, peccatores omnes in Ecclesia,
 quoad illi, si velint, veram perfectamque sa-
 nitatem adipiscantur. Quæ quidem remedia ri-
 Luc. 10. tè cognoscere, salubriter accipere, atque fideliter
 etiam alijs applicare, non artis profectò huma-
 næ, sed Christiana est sapientiæ. De qua cum
 satis dictum sit hætenus, quemadmodum præsen-
 tis instituti ratio tulit, reliquum est, ut ad

DE IVSTITIA

alteram huius operis partem, quæ CHRISTIANAM IVSTITIAM continet, porro transeamus.

Ecclesiastici. IIII.

SAPIENTIA filijs suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se: & præbit in via IVSTITIAE, & qui illam diligit, diligit vitam.

De Iustitia Chri-

stiana.

Quæ nam pertinent ad Iustitiam Christianam?

*Psal. 36.
Esaiæ. 1.*

Summam duo, quæ his verbis continentur: Declina à malo, & fac bonum: sicut & Esaias docet: Quiescite agere peruerse, & discite benefacere. Prius est in cognoscendis, fugiendisq; peccatis positum, quoniam ea ipsa maxima sunt mala mortalibus: Posterius verò in bonis expetendis atque consecutis versatur. Ut autem Iustitia officium utrūque præstemus, per CHRISTVM IESVM DEI gratia nobis parta & promissa, semperque necessaria est. Ea præeunte & adiuvante perficitur quod Ioannes affirmat: Qui facit Iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus

*Rom. 7.
Ephe. 1.
Matt. 11.
Ioan. 15.
1. Ioan. 3.*

CHRISTIANA. 67

est. Addit porro. Qui facit peccatum, ex Diabolo est.

Quid est peccatum?

Augustino teste, Peccatum voluntas est retinendi vel consequendi, quod Iustitia vetat, & unde liberum est abstinere. Ambrosius vero. Quid est peccatum, inquit, nisi Legis divina prævaricatio, & celestium inobedientia præceptorum? *Libro. 1. Retractionum.
Lib. de præradis.*

Quare peccatum est fugiendum?

Quia stipendium peccati mors est, Apostolo teste. Et sicut per Prophetam ait Dominus, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Rursus quæ scriptum est, Homo per malitiam occidit animam suam. Nihil autem ea morte infelicius, qua homo à Sanctorum oim consortio, ab Angelorum & celestium gaudio, atque tum ab ipso summo & æterno bono, in cuius cognitione ac fruitione sanè omnis salus & perfecta hominis beatitudo consistit, in æternum separatur. Neque solum à DEO DEI QUÆ gratia & gloria peccatum nos excludit, sed præterea etiam in potestatem tradit Daemonum; ut cum his torqueamur & malis omnibus in gehenna ignis inextinguibilis addicamur. Atque id est demum verè mori ac damnari, morte

*Rom. 6.
Ezech. 18.
Sap. 16.
Esa. 65.
Ioan. 7.
Psal. 16.
1. Ioan. 4.
Rom. 2.
Matt. 18.
Matt. 25.
Mar. 9.
Apost. 2.
E. 21.*

DE IVSTITIA

secunda scilicet in sempiternum. Quapropter tã seridò iubet Ecclesiasticus, Quali à facie colubri fuge peccatù. Et senior ille Tobias: Omnibus diebus vitæ tuæ, ait, in mente habeto DEVM, & caue ne aliquandò peccato cõsentias, & prætermittas præcepta Domini DEI nostri.

Hinc notanda sunt in scripturis sacris, quas passim de punitis peccatoribus exempla proferruntur, ut de a Cain, b Pharaone, c Nabucho donosore, d Sodomitis, e Aegyptijs, f Israëlitis, & c. coq̃ præcipuè sunt referenda, ut peccatorum vindicem DEVM ipsum quisq̃ cognoscat, cognoscendo timeat, timèdo caueat salutis suæ, & cauendo penas enadat horribiles peccatorum. Grauius sanè dixit Esaias: Hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum.

Quæ via ad peccati foueam ducit?

Augusti. de ser. Domini in moie. su. Suggestio quidem, dum nobis praua ingertur cogitatio, siue tentatio à mundo, carne, Sathana: delectatione autem, dum animo vel carni nostræ nimium adlubescit quod praua suggestit tentatio: demùm & consensu quoque dñi peccatum ipsum voluntas affecta consentit deli-

CHRISTIANA. 68

deliberatè. Ex quo sanè consensu peccatum iam Iacobi. 1. consummatum, & coram DEO gehennæ obnoxium facit hominem, etiamsi non semper opere perpetretur. Vnde non temerè dictum est illud: in suggestione semen, in delectatione nutrimentum, in consensu perfectionem in esse peccati.

Quod si exactius quoque consideremus, oriatur ex suggestione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione peccati defensio, ex peccati defensione gloriatio, ex gloriatio certa dånatio. Hac est demùm longa illa & horrenda peccatorum cathena: hi funes atque compedes, quibus astrictum hominem Sathanas non solum in omne genus malorum, sed etiam in tartaream abyssum præcipitat. Atque idcirco plurimum refert, peccatorum gradus eiusmodi atque propagines, ne fallamur atque periclitemur, studiose discernere & observare.

Quo modo peccata facile deuiantur?

EO sanè, quum illorum initijs prauisq̃ desiderijs, quibus ad peccandũ sollicitamur, statim CHRISTO iuuante occurrimus atq̃

DE SEPTEM PECCATIS

*repugnamus . Sicut Ecclesiasticus monet his
Eccl. 18. verbis : Post concupiscentias tuas nō eas,
& à voluntate tua auertere . Si præstes
animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te
in gaudium inimicis tuis. Vnde diuinum e-
Gen. 4. tiam oraculum pronuntiat : Nōne si bene
egeris, recipies? sin autem malè, statim in
foribus peccatum aderit: sed sub te erit ap-
petitus eius, & tu dominaberis illius.*

Quæ sunt peccata præcipuè ani-
maduertenda?

EA nimirum, quæ dicuntur Capitalia, tum
quæda sint veluti fontes vel capita reliquo-
rum, tum quod ex illis, velut ex corrupta radi-
ce, pestiferi planè fructus nascantur, & longa
quasi stripe omnis generis vitia, scandala, dam-
na, corruptelæ ac pestes humani generis def-
cendant.

Quot sunt peccata eiusmodi
Capitalia?

SEptem, quæ sic numerantur: Superbia, A-
uaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, Ace-
dia. Sed vt hæc maximo semper odio prosequen-
& Castia. da fugiendaq, sic Virtutes septem quæ peccatis
de oſſo illis opponuntur, summo quidem studio & amo-
principalibus vnijs. re, si vitam animæ quærimus, sunt consecran-
dæ

CAPITALIBVS. 7 69

*da. Superbia cōtraria est Humilitas, Auari-
tia Liberalitas, Luxuria Castitas, cum inui-
dia pugnat Charitas, Gula opponitur Absti-
nentia, Ira Patientia, demum Acediæ De-
uotio, seu pia sedulitas sedulaque pietas aduer-
santur.*

Quid est superbia, & quas
gignit filias?

Superbia est inordinatus appetitus excellen-
tiæ, siue intus lateat in animo, siue extrinse- Greg. in
cus etiam sese prodat. Hæc vitiorum quidem mor.
omnium mater, princeps ac regina est: præcipuè
tamen infelicem hanc sobolem gignit, Inobedi-
entiam, iactantiam, hypocrisim, contentionem,
pertinaciam, discordiam, curiositatem. Iam vt Psal. 18.
delictum hoc maximum caueatur, Tobia sententia vsque obseruanda est. Superbiâ, inquit, Iacob. 4.
nūquam in tuo sensu, aut in tuo verbo Eccl. 10.
dominari permittas: in ipsa enim initium Iacob. 4.
sumpsit omnis perditio. Et Apostolica do- 1. Pet. 5.
ctrina: DEVS superbis resistit humilibus
autem dat gratiam.

Quid est Auaritia, & quarum filia-
rum mater?

Auaritia est habēdi appetitus inordinatus.
Auarus enim rectè iudicatur, non solum
I 5 qui

DE SEPTEMPECCATIS

Gregor. qui rapit, sed etiam qui concupiscit aliena, vel cupide seruat sua. Filiae sunt huius pessimae matris, Proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, immisericordia seu inhumanitas, et cordis durities. Damnat hoc vitium Apostolus, ubi sic ait: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nocua, quae mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Et CHRISTVS ipse testatur. Nō potestis DEO seruire & Mamona. Et iterum: Nolite solliciti esse in crastinum.

1. Tim. 6. Quid est Inuidia, & quas procreat filias?

Mat. 6. Inuidia est tristitia de bono alterius, et odium alienae felicitatis respectu superiorum, quia eis non aequatur: et respectu inferiorum, ne sibi aequentur: et respectu parium, quia sibi aquantur, ut Augustinus inquit. Filias vero procreat odium, susurrationem, detractionem in aduersis aliorum rebus exultationem, in prosperis afflictionem. Sic Cain Abel germano fratri, et Saul Dauidi destinato Regi cernitur inuidisse. Quod execrandum crimen Scriptura taxat, quia legimus: Inuidia Diaboli mors introiit in orbem terrarum: imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Recte igitur Apostolus monet: Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Quid est Luxuria, qualemque sobolem gignit?

Gregor. Luxuria est appetitus inordinatus impurae et libidinosae voluptatis. Gignit autem ex se mentis cecitatem, inconsiderationem, inconstantiam, praecipitationem, amorem sui, odium DEI, desiderium huius vitae nimium, mortis horrorem, futuri iudicij ac aeternae beatitudinis desperationem. Aduersus hoc peccatum nos munit Apostolus, cum ita scribit: Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Et ut idem Paulus testatur alibi: Fornicatio & omnis immunditia,

aut

CAPITALIBVS. 70

aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio.

Quid est Inuidia, & quas procreat filias?

Gregor. Inuidia est tristitia de bono alterius, et odium alienae felicitatis respectu superiorum, quia eis non aequatur: et respectu inferiorum, ne sibi aequentur: et respectu parium, quia sibi aquantur, ut Augustinus inquit. Filias vero procreat odium, susurrationem, detractionem in aduersis aliorum rebus exultationem, in prosperis afflictionem. Sic Cain Abel germano fratri, et Saul Dauidi destinato Regi cernitur inuidisse. Quod execrandum crimen Scriptura taxat, quia legimus: Inuidia Diaboli mors introiit in orbem terrarum: imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Recte igitur Apostolus monet: Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Quid est Gula, & quae nam illius filiae?

Gregor. Gula est appetitus inordinatus cibi et potus. Filias habet, Ineptam letitiam, multiloquiū, scurr-

DE SEPT. PEC. CAPI.

Luc. 21. *scurrilitatem, spurcitiem, & sensuum & intellectus hebetudinem. Prohibet hoc vitium*
CHRISTVS cum ait, Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Nam ut alibi quoque Scriptura testatur. Propter crapulá multi obierunt: Qui autem abstinens est, adijciet vitam.

Quid est Ira, & quæ soboles ex illa nascitur?

Grego. **I**ra est cupiditas puniendi alterius, à quo laesum se quis arbitratur. Nascuntur ex illa de testanda filia, Rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, atque blasphemia. Sed aduersus hoc animi virus nos præmunit Apostolica medicina hisce verbis: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cū omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem: sicut & **DEVS** in **CHRISTO** donauit vobis. Nec temerè dixit supremus ille Iudex: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: Qui autem dixit fratri suo Racha, reus erit concilio: Qui autè dixerit fatue, reus erit gehenna ignis.

Eph. 4. Colo. 3. Matt. 5.

Quid

DE PEC. ALIENIS. 71

Quid est Acedia, & quas gignit filias?

Acedia est remissi animi languor ad bene operandum: præsertim verò tristitia est de re spirituali. Gignit eiusmodi filias, Malitiam, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa præcepta necessaria, mentis quæ circa res varias euagationem. Huius peccati graue periculū ex his **CHRISTI** verbis ostenditur: Omnis arbor, quæ nõ facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Hinc idem sic alibi: Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit.

Mat. 7. Mar. 13.

Et hætenus quidem hæc pro instituta breuitate satis, ut qui Iustitiæ Christianæ sunt ex animo studiosi, hos præcipuos humani generis morbos atque execrandas pestes quas ostendimus, non solum cognoscant & obseruent, sed etiam fugiant ac depellant ex præscripto diuinæ Legis.

De Peccatis alienis.

Quæ peccata dicuntur aliena?

EA quæ aliorum quidem manibus operantur, & interim nobis merito imputantur, nostras quæ conscientias

dam-

DE PECCATIS

1. Tim. 5. *damnant coram DEO. Quamobrem de his accipi potest, quod Scriptura imperat: Ne cōmunicaueris peccatis alienis, Et quod orat Propheta Regius: Ab occultis meis munda me Dñe, & ab alienis parce feruo tuo.*

Psal. 18. *Eodem refert Basilius Magnus, quod Ephesentia in operibus infructuosis non sit communicandum.*

Ephe. 5. *2. Tbej. 3.*

Quot numerantur eiusmodi aliena peccata?

Nouem, sicut nouem ferè modis committuntur, utpote Consilio, Iussione, Consensu, Irritatione, Laudatione seu Adulatione, Reticentia culpæ alienæ, Coniuuentia vel Indulgentia, Participatione criminis, ac praua Defensione.

Quando peccatum alienum consilio perpetratur?

Cum mali scilicet consilij, quod alij sequuntur, vel sequi possent, ipsi sumus authores & administri: Exemplo sit Cayphas, qui consilio suo Senatū Iudaicū in mortē **CHRISTI**

ALIENIS.

72

STI concitauit atque permoit. *Contra uerò laudatur Ioseph ab Arimathæa, & uir bonus iustusq; dicitur, quia non consenserat concilio & actibus eorum, Pontificum scilicet & Pharisæorum in CHRISTI necem impiè conspirantium.*

Luc. 13.
Ioan. 11.
Matt. 26.

Quando Iussio est peccatum alienum?

Cum ex decreto, mandato, imperiōue nostro credit ad proximum iniuria, uel malum quodcumq; perpetratur. Sicut David Rex innocentem occidit *Vriam*, non suis quidem aut suo rum manibus, sed per literas hoc agens atq; demandans, ut in prælio ille occideretur. Et præses Pilatus mortis **CHRISTI** reus est, quod illum in Iudæorum gratiam cruci affigendum, etsi inuitus quodam modo, autoritate sua ad iudicauit ac tradidit.

2. Reg. 11.
Ioan. 19.

Consensus quando peccatum alienum constituit?

Cum quod ab alijs fit nequiter, à nobis quasi suffragium accipit, & saltem tacitè approbatur. Ita peccauit Saulus in Stephani Protomartyris necem consentiens: peccauit & Iudæi, suis Magistratibus, quod **CHRISTVS** perderetur suffragantes, ut idem Petrus illis expro-

Irene. lib. 4. c. 46.
Acto. 7.
Matt. 27.
Luc. 23.
Acto. 4.

DE PECCATIS

Rom. 1.

exprobrans dixerit, Authorem vitæ interfecistis. Retinendum est igitur Pauli verbum, Non solum qui faciunt mala, sed etiã qui cõsentiant faciëtibus, digni sunt morte.

Quando Irritatione nobis peccatum alienum conflatur?

Iob. 2.

Quum scientes pronocamus alium ad iram; vindictam, blasphemiam, crudelitatem; aut consimilia vitia, siue dictis id fiat siue factis, aut quacunque alia ratione: Non procul ab vitio fuit vxor Iob, quæ patientissimo viro petulanter insultans, suasisit etiam vt DEVM blasphemaret. Hic locum habet quod monet Ecclesiasticus: Abstine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.

Ecl. 28.

Quando per Laudationem, vel Adulationem nostram peccato alieno cõdamur?

Eze. 13.

Quum aliquem in malefactis vel de improbitate commendamus, vel tanquam re bene gesta calcare addimus male currenti, vt ille in prauo instituto pergat. Vx autem qui cõsunt puluillos sub omni cubito manus; &

ALIENIS.

73

& faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas, vt est apud Prophetam. In hoc vitium incidunt nonnumquam Ecclesiastici concionatores, ij præsertim, quos Esaias verbis his notat: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viã gressuum tuorum dissipant. Quoniam enim laudatur peccator in desiderijs anime sue, & iniquus benedicitur, exacerbat Dominum peccator, vt Regius Propheta testatur.

Esai. 3.

Psal. 9.

Quando Reticientiæ nostræ culpa, peccatum alienum in nos re-
dundat?

Quum nostrum silentium siue subdito, siue cuius alteri adfert detrimentum. Exempli causa, si docendi, monendi, corripiendi, fratris aut populi nobis munus incumbit, & in eo interim dum prodesse possumus, non sine culpa cessamus. Vnde per Esaiam testatur Dominus omni Euangelizanti: Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Audi porrò periculum in his, qui canes muti latrare non valentes dicuntur: Si dicente me ad impium, dicit Dominus, morte morieris, nõ annütiaueris ei, neq;

Chry. orat. 2. contra Iudæos.

Esai. 58.

Esai. 56.

Eze. 3.

K locu-

DE PECCATIS

locutus fueris, vt auertatur à via sua im-
 pia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua
 2. Tim. 4. morietur: sanguinem autem eius de ma-
 nu tua requiram. *Ad eò necessarium est ob-*
seruatu, quod Paulus non sine graui obtestatio-
ne postulat. Prædica verbum, in sta oppor-
 tunè, importunè, argue, obsecra, increpa
 1. Tim. 5. in omni patientia & doctrina. Tum idè a-
 libi, Peccantes inquit, coram omnibus ar-
 gue, vt & ceteri timorem habeant.

Quando nostra Conniuentia a-
 lienis criminibus impli-
 camur?

Quoties id, quod facultate vel autoritate
 nostra emendari vindicariq; potest & de-
 bet, nos tamen impunitum & in peris abire si-
 nimus. Ita peccant Magistratus, cum gladium
 frustra portant, neque sicuti dicuntur, ministri
 DEI sunt, & vindices in iram his, qui agunt
 sceleratè vel seditiose. Eodè referrì potest quod
 1. Cor. 5. Apostolus Corinthijs præcipit: Auferte ma-
 lum ex vobis ipsis: nescitis quia modicum
 fermentum totam massam corrumpit? Ex-
 purgate vetus fermentum. Secundò hic pec-
 cant Patres & Matres familiàs, Heri & Præ-
 ceptores, dum sibi conceditis nimia dissimu-
 latione & indulgentia quadam in educando
 per-

ALIENIS.

74

perdunt, & negligentia socordiaq; sua in discer-
 men deduci permittunt. Sic paternæ prorsus in
 indulgentiæ culpa deprauatos legimus filios He-
 li, qui idcirco immodicæ lenitatis suæ pœnas
 1. Reg. 4. graues dedit. Hic etiam addi potest peccatum,
 quod vocari solet Omisio fraternæ correptionis,
 admonitionis vel reprehensionis, quando
 CHRISTVS quoque semel atque iterum Matih. 18.
 & terriò corripendum esse fratrem monuit,
 vt peccantem illum lucrifaceremus. Quan-
 quam alij distinguunt inter huiusmodi Omis-
 sionem, & priorem de qua diximus, conniuen-
 tiam, vt duos alieni peccati modos ex hisce con-
 stituant.

Quid est Participatio alienum pec-
 catum contrahere?

ID maximè fit, cum in partem lucri cum fu-
 ribus siue raptoribus venimus: cum itidem
 bona iniuste parta, vel quouis modo aliena, no-
 bis vnà cum alijs scienter vendicamus aut re-
 tinemus: cum insuper spolijs alienis dutesci-
 mus. Huc spectare potest, quod Psalmogra-
 phus dixit, cū furibus ipsis currere, & cū adul-
 teris portionè habere. Sicut Esaias obijcit po-
 pulo Iudaico: Principes tui infideles, socij
 furum, omnes diligunt munera, iè quætur
 retributiones. Grauius adhuc delinquit, qui

DE PECCATIS ALIENIS.

lucrum sibi ex aliena turpitudine aperte parat, ut Lenones, quæue latronibus, & nota turpitudinis vel factionis hominibus, præbere audent hospitium & locum, quod se illi aut sua recipiant.

Quo modo alienum peccatum nostra Defensione contra-
himus?

QUum aut malefactoribus patrocinamur, aut doctrinam alterius quamuis perversam & impiam tuetur ac spargimus: quæ nostra itidem cura vel opera, quod contra fas & æquum instituitur, promouere atque propugnare contendimus. Aduersus hos diuinum intonat oraculum: Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. *Ac rursus*: Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiã iusti aufertis ab eo.

Esaiæ. 5.

*Esai. 10.
Ibidem*

Hæc satis de peccatis, ut vocant, alienis, quæ nunc profecto longè lateq; patent, & summa quotidie licentia, a magnatibus præsertim, perpetrantur. Adcoq; vulgo ea non cauentur, ut plerique peccata non esse putent ac floccipendant, etiam si suas conscientias his criminum sordibus conspurcent, animasq; condem-
nent.

DE PEC. IN SPIR. SAN. 75

ment. Possunt autè dicta species omnes in tria ferè genera conijci, breuiterq; ut Magnus Bassili. filius ostendit, comprehendit. Quod enim in alieni erroris vel peccati societatem incidimus, id fit aut re & opere: aut voluntate certone animi proposito tantum: aut supina negligentia, si quando admonendi & emendandi officio nostro alij defraudantur. Sed longè omnium deterrimum peccandi genus est, quo delinquitur in Spiritum sanctum.

Quomodo ex Apostolis sententia cū operibus infirmis tuos non sit cõmuni cõdandum.

De Peccatis in Spiritum sanctum.

Quid est peccatum in Spiritum sanctum?

Est, oblatam DEI munificentiam & gratiam, quæ Spiritui sancto ceu fonti bonorum tribui peculiariter solet, ex malitia contemptim abijcere. Atque hoc est peccare inexpressibiliter, ut iuxta CHRISTI verbum, nec in hoc ipso, neq; in futuro sæculo, talis tantiq; peccati remissio impetretur. Hac enim lege nobiscum agit DEVS, ut nec gratiam in terris, neque gloriam in cælis tribuat alijs, quam qui peccatum detestantur agnitum, & præter id, bonum sibi proponunt, rectumq; eligunt vitæ instituti. Caterùm in hisce peccatis quæ

*Matt. 12.
Marc. 3.
August. de
ver. Dom.*

DE PECCATIS IN

fiunt in Spiritum sanctum, abest tum peccati detestatio, tum boni quod sectandum erat electio, & abijciuntur præterea id, quo Spiritus sanctus pro sua gratia quem à peccando solet renouare. Hinc fit, ut eiusmodi peccatis implicati, nullam DEI gratiam impetrare possint. Peccatur enim non ex humana imbecillitate vel fragilitate: quod vocant peccare in Patrem, Patriſque potentiam, ut in Petro Apostolo

An. li. 83.
quæst.
Matth. 26.

Acto. 9.
1. Tim. 1.

Chrysol. in
Matth.

CHRISTVM ipsum negante cernimus: ne querimus ex ignorantia, quod est peccare, ut appellant, in Filium Filij, sapientiã, sicut Saulo accidit Ecclesiæ persequentori: sed quod longe grauius est peccatur hic ex malignitate & peruicacia mentis, ut exemplum præbent peruersissimi & obstinatissimi illi Pharisei.

Quot sunt peccata in Spiritum sanctum?

EIusmodi sex recensentur, ut vulgò quiddè recepta sunt eorum hæc nomina: Præsumptio de misericordia DEI, vel de impunitate peccati, Desperatio, Agnitio veritatis impugnatio, Fraternalis charitatis inuidia, Obstinatio, & Impenitentia. Significantius autè erit si quis ita numeret.

I. Diuina misericordia confidenter abuti.
II. De gratia DEI vel salute sua prorsus desperare.

III. Ve-

SPIRITVM SANCTVM. 76

III. Veritatem Religionis aduersus suam ipsius conscientiam hostiliter oppugnare.

III. Pertinaci inuidia concitari grauiiter ob salutis & virtutum fraternalium successum.

V. Obfirmato animo in crimine scienter manere.

VI. Absque pœnitentiæ proposito peruersæ vitæ finem nullum facere.

Quænam præsumptio facit peccatum in Spiritum sanctum?

EA, quæ hominem sola DEI misericordia confidentem, & ad peccandum audacè facit, seposita videlicet ac abiecta omni iustitia, timorisq; diuini ratione. Et sic sanè peccant hodie complures, qui sola fide in CHRISTVM sibi blandientes, vel in medijs peccatorum sordibus ut iumenta computrescunt, nec sibi soli, sed alijs itidem polliceri auuēt securitatem, modò fidant meritis CHRISTI & DEI gratiæ per fidè apprehensæ, quantumuis interim pœnitentiæ fructus non adhibeantur. Horum verò singulis acclamat gentiū Doctor in fide & veritate Paulus: An diuitias, inquit, bonitatis DEI & paciētia & lōganimitatis contemnis? Ignoras quoniam beni-

An. de fide
& operib.
1. Cor. 1.

2. Pet. 2.

Luc. 13.

2. Tim. 2.

Rom. 13.

K 4 gnitas

DE PECCATIS IN

gnitas DEI ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij DEI, qui reddet vnique secundum opera eius: *Quamobrem idem Paulus alibi, non solum iactare fidem docet, sed cū timore ac tremore salutem nostram operari: Fidemque commendat, quæ per Charitatem operatur. Contra hoc enormè peccatum sic etiam Ecclesiasticus clamat, inquit: De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adicias peccatum super peccatum. Et ne dicas, Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores ira illius respicit.*

1. Cor. 13.
Tit. 3.
Rom. 2.
Philip. 2.
Galat. 5.

Eccle. 5.
Augu. de
pœni. medi
cina.

Quomodo peccatur in Spiritum Sanctum Desperatione?

Cum presumptioni, de qua dictum est, contrarium prorsus vitium acceperit, vt omnem spem abiciat homo vel impetranda apud Deum venia; vel salutis æternæ consequenda. Hoc modo peccauit desperando Cain, vt sua ipse voce testatur. Maior est iniquitas mea, inquit, quam vt veniam merear. Peccauit et

Gen. 4.

lu-

SPIRITVM SANCTVM. 77

Iudas CHRISTI proditor, cum vitam laqueo sibi infelix abruptit. Atqui nulla nimis est sera homini pœnitentia, vt Latro testatur, qui in cruce pœnitens, CHRISTI ingentem gratiam & cœlestem gloriam est consequutus.

Quando veritatem impugnans peccat in Spiritum sanctum?

Quando de Fidei & Religionis negotio agitur, & pro falsitate veritas, non ex ignorantia sed malitia studiose oppugnatur, vt hinc veritatis Catholicæ lædatur sinceritas. Huic peccato Pharisei obnoxij erant, quibus vel præcipuè videmus curæ fuisse, tam malignè quam falso blasphemare CHRISTVM, sectari doctrinam Euangelij, testimonium Apostolorum suppressere, idque contra suam ipsorum conscientiam. His non sunt absimiles, qui à Propheta dicuntur sedentes in cathedra pestilentiae, à Petro autem Magistri mendaces, qui introducunt sectas perditionis, à Paulo dictum Hæretici, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, attendentes spiritibus erroris, subuersi, & suorum ipsorum iudicio condemnati.

Matth. 12.
15. 21. 23.

Acto. 4. 5.
& 12.

psal. 1.
2. Pet. 2.

Tit. 3.
2. Tim. 3.

Leo. 2. 4.
9. 3. can.

Quid autem
est se-
quent.

DE PECCATIS IN
Quomodo Inuidentia fraternę gra-
tia peccatum est in Spiri-
tum sanctum?

August. de
 se. in. dom.
 in monie.

Sapi. 2.

Acto. 11.
 & 15.
 1. Ibc. 2.

Quando dolemus ac tristamur graviter de splendore augmentatę virtutum donorūq; DEI, quibus frater est conspicuus. Quod crimen non tam hominis videtur esse proprium, quā Sathanę, qui DEI gratiam in homine tum augeri, tum conservari fert impatientissimē. Sathanę filij ex Iudais fuere, qui nascentē Euangelij gratiā omnino gentibus inuidebant, ut est in Actis Apostolicis.

Quę obstinatio facit peccatum in
Spiritum sanctum?

Exo. 7. &
 deinceps.
 Exo. 14.
 Exo 24.
 Hier. 5.

Acto. 7.

EA nimirum, quę obfirmatum planē animū adfert adversus bene monentem, ut nullis quidem rationibus ab instituto damnabili se deflecti quis sinat. Huius peccati magnum præbet exemplum Rex Pharao, qui toties monitus à Mose, & afflictus subinde flagellis DEI scruissimis, tamen in proposito Tyrannico persistit, & perijt obstinatus. Nota est & Iudeorū inuicta pertinacia, quos suis veluti coloribus depingens sanctus Stephanus, Dura cervicē, inquit, & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis. Nec sunt dissimiles hodie, qui novis addicti Seltis, ne

SPIRITVM SANCTVM. 78

audire quidem possunt Catholicę docentē, quā si aspidum instar oclusis contra dulcem melodiam, id est, sanam Ecclesię doctrinam, auribus, dicere videantur, Recede à nobis, scientiam tuarum tuarum nolumus. Quod nihil aliud est, quā, ut Paulus loquitur, secundum duritiam & impenitens cor thesaurizare sibi iram in die irę & reuelationis iustitij DEI.

24. q. 1. c.
 Violatores
 Psal. 57.

Iob. 21.

Rom. 2.

Quando peccatum impenitentia committitur?

Cum homo peccatorum suorum quę salvari penitentia expianda forent, finem modumque nullum facit, ac proponit insuper nunquam penitere. Talium certē qui verē peccatores sunt, ac monere volunt, mors pessima est, quum illi ipse, si non verbis dicere videantur. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.

Aug. de ff
 de & de pe
 trum. Et
 verb. do.
 in Matth.
 Psal. 33.
 Esa. 28.

Hęc dicta sint hætenus de peccatis in Spiritu sanctū, gravissimis illis quidem, & quę aut nunquam, aut egrē admodum à DEO homini remittuntur. Quapropter adversus ea sæpe nos ipsos munire & alios confirmare debemus, ut cōseruetur illud: Nolite cōtristare, nolite extinguere Spiritū DEI. Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Cor enim

Eph. 4.
 1. Thel. 5.
 Psal. 93.
 Hebr. 3.
 Eccl. 3.

DE PECCATIS IN
durum habebit malè in nouissimo. *Nunc*
porrò ad peccata, quæ & ipsa non parum enor-
mia sunt, & in cælum clamantia dici solent,
accedamus.

De Peccatis in Cœ- lum clamantibus.

Quæ dicuntur peccata in cælum
clamantia?

Aug. in
Enchir. &
lib. Anno:
tat. in lob.
EA, quæ præ cæteris insignem & manife-
stam improbitatem habere noscuntur, diu-
namque iram & ultionem insigniter accersunt
ijs, à quibus committuntur. Eiusmodi qua-
tuor è Scriptura numerantur: Homicidium vo-
luntarium, peccatum Sodomiticum, Oppressio
pauperum, & Merces operariorum defraudata.

Quomodo Scriptura vindicari do-
cet Homicidium volun-
tarium?

Gen. 4.
De pna
homicidij
Canonis
vide dist.
30.
Grauitè sanè, quemadmodum hisce ver-
bis DEVS ostēdit, quibus Cain primū
increpat homicidā: Quid fecisti? inquit, Vox
sanguinis fratris tui clamat ad me de ter-
ra. Nunc igitur maledictus eris super ter-
ram. Et alibi vox quoque Diuina testatur: Qui-

COELVM CLAMAN. 79
Quicumque effuderit humanum sangui- *Gen. 9.*
nem, fundetur sanguis illius. Ad imagi-
nem quippe DEI factus est homo. Con-
tinuit *Psaltes Regius*, Viri sanguinum non *Psal. 54.*
dimidiabunt dies suos.

Quid verò de Sodomitico peccato,
cuiusque punitione scri-
ptum extat?

HOMines Sodomitæ, inquit Scriptura,
pessimi erāt, & peccatores corā Dño *Gen. 13.*
nimis. Ac iterum: Clamor Sodomorum & Go-
morrahæorum multiplicatus est, & peccatum *Gen. 18.*
eorum aggrauatum est nimis. Vnde ad Loth *Aug. li. 3.*
iustum Angeli. Delebimus locum istum, m-
quiunt, eò quod increuerit clamor eorum coram *Gen. 19.*
Domino, qui misit nos, ut perdamus illos. Igi-
tur Dominus pluit super Sodomam & Gomor- *Ibidem.*
rham sulphur & ignem à Domino de cælo, & *Ide Cano*
subuertit ciuitates has, & omnem circa regio- *nes. 32.*
nem. Neq; tacet Scriptura causas, quæ ad hoc *q. 7.*
nephandum peccatum Sodomitas impulerunt,
& alios itidem permouere possunt. Sic enim le-
gimus apud Ezechielem: Ecce hæc fuit ini- *Exe. 16.*
quitas Sodomæ sororis tuæ superbia, fa-
tunitas panis, & abundantia, & otii ipsius
& filiarum eius: & manum egeno & pau-
peri non porrigebant.

Quid

DE PECCATIS IN

Quid legimus in sacris de pauperum
Oppressione?

Exo. 22.

A Duenam non contristabis, dicit Dominus, neque affliges eum: aduenam enim & ipsi fuistis in terra Ægypti. Vidue & pupillo non nocebitis: si laeseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorū, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio: & erunt vxores vestrae viduæ, & filij vestri pupilli. *Qua propter Ægyptij tot plagis attriti, & cum suo Rege, ingentiq; Tyranno Pharaone submersi de mum fuere, videlicet ob suam Israëlitas plusquam Barbaricam immanitatem. Vidi, inquit Dominus, afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiem eorum, qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum. Hinc apud Esaiam quoque interminatnr Dominus: Vt qui condunt leges iniquas: & scribentes iniustitiam scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causa humilium populi mei: vt essent vidue præda eorum, & pupillos diriperent.*

Exo. 7. 8.
9. 10. &
14.
Exod. 1.
Exod. 3.

Esa. 10.

Quid

COELVM CLAMAN. 30

Quid postremò Scriptura docet de
mercede operarijsreten-
ta, vel imminuta?

A Pud Iacobum Apostolum legimus, quàm is grauius diuitibus exprobrat crudelem Iacobi, tenacitatem, & solitam erga operarios iniquitatem. Ecce merces, inquit, operariorum qui messuerunt regiones vestras, que fraudata est à vobis clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit. *Nec multò aliter Ecclesiasticus, Panis egentium, ait, vita pauperis est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui fundit sanguinem & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Quinetiam Lex diuina sic præcipit: Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei præciù laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.*

Eccle. 34

Deut. 24

Quo

DE IVSTITIA

Quo referenda est omnis hæc de peccatis tractatio, & quis illius usus?

Hæc tractatio ad priorem partem Christianæ Iustitiæ spectat. Usus autem totius doctrinæ ac fructus est, ea quæ præcipuè mala, DEO maxime contraria, nobisq; perniciosissima sunt, ritè discernere, discreta prorsus cauere, & si quid horum admissum sit, sedulo expiare. Hinc etiam discimus, quomodo sapiens à stulto, iustus ab impio differat, sicuti Salomonis illa verba declarant: Sapiens timet & declinat à malo: Stultus transilit & confidit. Atque rursus idem: Iustorum semita, inquit, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem: via impiorum tenebrosa, nesciūt ubi corruant. Nec alienum illud est: Peccator, cū in profundum venerit, contemnit. Ea verò imprimis contemnit scilicet, quæ Christiana Iustitia ad vitiorum obseruationem seu differentiã, deuotionem & expiationem postulat.

Quibus verò modis peccata expiantur?

Mltos certè huiusmodi modos, sicuti diuersis morbis diuersa remedia conueniunt, sacra Scriptura nobis in Ecclesia proponit: Principem

Pro. 14.

Pro. 4.

Pro. 18.

Cyrl. in
Leuit. &
Am. b. 2. 2
de pecc.

CHRISTIANA.

81

cipem verò locum tenet Pœnitentiæ Sacramentum, quo neglecto, frustra de reliquis lethaliū peccatorum remedijs adhibendis agimus. Hoc enim ut præsens, ita necessarium pharmacum

CHRISTVS animarū medicus instituit, & contra omnem peccati lepram valiturum nobis commendauit, quando dixit Sacerdotibus:

Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Secundò purgantur & expiantur eleemosyna: quia scriptum est, Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & nō

patietur animam ire in tenebras. Tum alibi: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperū: Tertio remittuntur peccata, dum læsi, fratri offensam condonamus: dicente Domino, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet

& vobis Pater cœlestis delicta vestra. Quarto idem fit, cū peccantem fratrem lucrifacimus, sicuti legitur: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Quintò huc pertinet abundantia sincerae charitatis, ob quam de Magdalena dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multū. Charitas enim operiet multitudinem peccatorum. Sextò ad idem valet contriti cordis sacrificiū, quod nunquam

Chry. com. 4. de laz. 4. ro. & Aug. li. 2. cont. Cresc. Ioan. 20. Tobie. 4. Dani. 4. Matt. 9. & 18. Iacob. 5. Luc. 7. Pro. 10. 1. Pet. 5.

L quam

Pfal. 50. *quam despicit* DEVS. Respicit enim in orationem humilium, & non spernit preces eorū: sicut scriptum est de Ninivitis: *Vidit* DEVS opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est DEVS super malitiam, quam locutus fuerat vt faceret eis & non fecit.

Ione. 3. His alijsque modis & officijs vera pietatis comparamus atque præstamus in CHRISTO IESU, quod apostolus acquisitè admonet. *2. Cor. 7.* Has habentes promissiones charissimi, mūdemus nos ab omni inquinamēto carnis & spiritus, perficientes sanctificationē in timore DEI. Quod etiā haud obscure expli-
Lib. de pænitentiæ medicana. cans Augustinus, & Scripturæ testimonijs cōfirmās, dixit: Nō sufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi etiam de his que facta sunt, satisfiat DEO per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

Alioquin quisquis de peccatis latialibus in se aliqua dominari cognouerit, vt idem Augustinus est author, nisi dignè se emendauerit, & si habuerit spacium, longo tempore pœnitentiam egerit, & largas eleemosynas erogauerit, & à peccatis ipsis abstinuerit, illo transitorio igne, de quo agit Apostolus, purgari non poterit, sed æterna illam flamma sine villo remedio cruciabit.

bit: Non enim capitalia post hanc vitam, sed minuta peccata purgantur expianturq̄.

Quid verò de minutis peccatis est sentiendum?

ID scilicet, quod eiusmodi leuiora, vt i mentis enagatio, verbum otiosum, risus immoderatus & consimilia, que quotidiana seu venialia peccata dicuntur, & sine quibus hæc vita non ducitur (In multis enim offendimus omnes) & si lethalia non sunt, & in speciem minuta videntur, tamen haud quam sunt contemnenda. Siquidem DEVM ipsum offendunt, contristant Spiritum sanctum, obfuscant conscientiam, charitatis feruorem imminuunt, virtutumque profectum remorantur, & ad grauiora saepe vitia periculaque pertrahunt. Vnde scriptum est, Qui spernit modica, paulatim decidet. Ac rursum: Qui amat periculum, peribit in illo. Cauenda sunt igitur, quantum licet, hæc labes & sordes animæ, quoniam vt legimus, Non intrabit in cœlestem Hierusalem aliquod coinquinatum. Ac nisi in hac vita illæ diluantur, etiam post mortem hominem grauant, nec sine pœnis quidem acerbis purgatorij ignis expiantur: Qui quidem ignis etsi perpetuus non sit, tamen si Augustino

Aug. in Psal. 129 & Tract. 12. in 102.

Iacob. 3. Hieron. ad Celantiā. & Chry. in Galatas. Pro. 19.

Eccle. 3.

Apoc. 11. Aug. ser. 41. de sanctis & c. Medicina de pœnit. dist. 1. in Psal. 37. Et li. de vera & falsa pœ-

DE IVSTITIA CHRIST.

credimus, grauior est quam quicquid homo in hac vita potest perpeti.

Quibus autem remedijs peccata leuiora purgantur?

Aug. Epi.
108. Et in
Enchiridi.
Et in Ioan.
Traſt. 12.

VT inſcemodi animæ ſordes in hac vita diluantur, Eccleſia vetus remedia iſthac agnouit, & in uſu habuit humilem ſui accuſationem, Dominicam precationem, peſtoris tuſionem, & alias id genus piæ in DEVM, ac etiam erga proximum exercitationes, corporiſque afflictiones ſpontè ac religioſe ſuſceptas. Quæ quidem remedia tantò lubentius ac ſtudio ſuis amplectuntur ſapientes, quò rectius norūt & diligentius expendunt, quod metuendus ille Iudex affirmat: Dico vobis, quoniã omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij: *Vt hinc Iob, vir alioquin iuſtus & innocens, dixerit: Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti. Et alibi ſcriptum eſt: In cogitationibus impij interrogatio erit. Quod ſi nos ipſos diiudicaremus, vt Apoſtolus admonet, non vtique iudicaremur. Beatus igitur homo, qui ſemper eſt pauidus.*

Mat. 12.

Iob. 9.

Sapi. 1.

1. Cor. 11.
Pro. 18.

An'ne

DE TRI. GEN. BON. OPE. 83

An'ne ſatis eſt à peccatis abſtinere?

Iuſtitia quidem Chriſtiana, de qua hucusque ^{Hier. ad Celantiã.} diximus, duas partes proponit, & velut æquæ neceſſarias nobis commendat hiſce verbis:

DECLINA A MALO, ET FAC BONVM, ſicut & Paulus docet: ODIENTES MALVM, ET ADHAERENTES BONO. Non ſufficit igitur, quod ^{Pſal. 33. Rom. 12.} Auguſtinus perſpicue dixit, abſtinere à malo, ^{In ſententijs Profp.} niſi fiat quod bonum eſt: & parum eſt nemini ijs nocere, niſi ſtudeas multis prodeſſe. Quapropter abſoluta vticumque Iuſtitia priore parte, quæ mala prohibet, conſequens eſt, vt de altera porro, quæ in bonis conſectandis eſt poſita, dicere pergamus.

De triplici genere bonorum operum.

Iuſtitia Chriſtiana circa quæ bona verſatur?

Hæc Iuſtitia tam late patet, vt omnia bona quæ honeſtè, præclare ac piè ſunt, in ſe contineat, nobiſque expetenda & conſectanda proponat. Vnde fideles Apoſtolus commune- ^{Coloſ. 1.} facit: Ambuletis dignè DEO, per omnia

L 3 nia

DE TRIPLICI GENERE

Rom. 12. nia placentes, in omni opere bono fructificantes, prouidentes bona non tantum coram DEO, sed etiam coram omnibus hominibus. Hic enim nostra uocationis, & Christianæ Iustitiæ per Christum partæ uerus est usus ac fructus proprius, eodē Apostolo teste, Tit. 2. uidelicet, Ut abnegātes impietate & secularia desideria, sobriè & iuste & piè uiuamus in hoc sæculo. In eundem sensum nobis proponitur Euangelicum illud: Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & Iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Nā idcirco redemit nos CHRISTVS ab omni iniquitate, ut mundaret sibi populū acceptabilem, sectatorem bonorum operū. Ipsi enim DEI sumus factura, creati in CHRISTO IESV, in operibus bonis: quæ præparauit DEVS, ut in illis ambulemus. Ita constanter Paulus scribit, omnesq; admonet de obseruanda & colenda semper iustitia Christiana. Quid multis? Filioli, inquit Ioannes, nemo vos seducat. Qui facit Iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est: qui facit peccatum, ex diabolo est. Et Iacobus: Ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Sicut enim corpus sine Spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est.

Quem

BONORVM OPERVM. 84

Quem fructum pariunt Opera Iustitiæ Christianæ?

Præclarum sanè atque multiplicem cum in hac, tum in futura uita. Primum quidem hæc opera ex uina fide seu per charitatem operante profecta, non modò signa sunt Christianæ uocationis, sed eandem nobis quoque confirmant, & certos de illa nos faciunt. Quamobrem Petrus Apostolus, qui ad opera bona nusquam non cohortatur, hoc etiam adiecit: Fratres, magis satagite, ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Secundò gratiam credentibus augent, atque sanctificationem perficiunt, Apostolo teste: ut hinc etiam Iacobus affirmat: quod Fides quæ operibus cooperatur, ex ipsidem quoque consummetur. Tertio, fiduciam bonæ conscientie pariunt, magisque ad orandum & quidlibet à DEO impetrandum animant. Scriptum est enim: Fiducia magna erit coram summo DEO elemosyna omnibus facientibus eam. Et rursum: Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad DEVM: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniã mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Exemplū extat in

1. Tim. 4.

2. Pet. 1.

2. Cor. 7.
Iaco. 2.

Tobia. 4.

1. Ioan. 3.

L 4 Ergo

DE TRIPLICI GENERE

Exechia Rege, qui bona conscientia fructus, ac DEI uoce in hoc ipso comprobatus dixit: Obsecro Dñe, memeto quæso, quomodo ambulauerim corâ te in ueritate, & in corde perfecto, & q. bonū est in oculis tuis fecerim. Demum id efficiūt, ut laborantes in uinea CHRISTI denarium diurnū accipiamus hoc est, ut promissam æternæ uitæ mercedem, iustitiæq. coronam, dum in Ecclesia DEI man data seruamus, in CHRISTO promeremur. Ait igitur Dominus, Voca operarios, & redde illis mercedem. Ait Dauid: Seruus tuus custodit ea, Diuina scilicet præcepta in custodiendis illis retributio multa.

1. Tim. 4. Ait & Paulus: Bonum certamen certauī, cursum cōsummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Ait denique & ipse CHRISTVS: Si vis ad uitam ingredi, serua mandata. Qui facit uoluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse in trahit in Regnum cœlorum. Ex quibus fit perspicuum, quanti omnium nostra referat diuinam obseruare uocem in Apocalypsi: Qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce uenio citò, & merces

Esaiæ. 38.
Matth. 20.
& Grego. in Hom.
2. Tim. 4.
Matth. 19.
Matth. 20.
Psal. 18.
1. Tim. 4.
Matth. 19.
Matth. 7.
Luc. 6.
Apoc. 21.
Matth. 16.

BONORVM OPERVM. 85
ces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Bonum igitur facientes non deficiamus, tēpore enim suo metemus non deficientes. *Galat. 6.*

Quot sunt genera bonorum operum, in quibus iustitia Christiana certitur & exercetur?

Eiusmodi sunt triplicia, uidelicet, Oratio, Ieiunium, & Eleemosyna sicuti ex literis sacris accipimus. Nam reliqua serè benefacta, quæ ex fide uina profisciscuntur, & Iustitiam Christianam cōmendant, augent atq. consummant, ad hosce tres fontes facillè referuntur: Hinc illa præclara uox Angeli Raphaëlis, Bona est Oratio cum Ieiunio, & Eleemosyna magis quàm thezauros auri recondere. Augustinus uerò dilucidè dixit: Hæc iustitia hominis in hac uita, Ieiunium, Eleemosyna, Oratio. De quibus nos etiam Euangelium expressè docet, additq. promissiones de parata cœlesti mercede his, qui in Ecclesia sincerè, citra hypocrisin, & ex fide ieiunant, orant, ac eleemosynam tribuunt. Hinc fidelis illa sponso, toties repetita: Pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Et hæc ipsa sunt, in quibus CHRISTVS, ut benè beateq. uiuamus, abundare uult nostram iustitiam, *Matt. 5.*

Petrus Chrysol.
Matth. 5.
1. Iacob. 2.
1. Pet. 4.
Tob. 12.
In Psal. 42.
Matt. 6.
ibidem.
Matt. 5.

DE TRIPLICI GENERE

Mat. 13.
E. 25.
Ioan. 5.
2. Cor. 5.

Et ita lucere coram hominibus, ut videant opera nostra bona et glorificent Patrem. Propter hoc est charitate praestita, iusti in regnum adscescentur aeternum: ob eadem vero neglecta, iniusti in gehennam ignis precipitabuntur.

Quid est Ieiunium?

In Ioannē
Et de cons.
sec. distin.
5. cap. Ieiunium
et
6. Nihil.

Non simplex huius nominis est acceptio. Magnum et generale Ieiunium Augustinus vocat, abstinere ab iniquitatibus et illicitis voluptatibus seculi. Deinde Philosophicum, ut quidam vocant, Ieiunium est parsimonia illa cibi, ac potus, moralisque sobrietas, qua temperate vivitur etiam ab Ethnicis secundum rectam rationem. Tertio Ecclesiasticum est Ieiunium, utpote cum iuxta certum Ecclesiae morem atque praescriptum, certis diebus et carnium esum nobis subtrahimus, et vnica dumtaxat refectioe contenti sumus. Cuiuscemodi Ieiunium pie et Christiane suscipitur ad carnem edomandam spirituique subyiciendam, ad fructus poenitentiae dignos praestandos, ad obedientiam exercendam, ac demum ad qualemcunque DEI gratiam consequendam.

Syno.
Magunt.
ca. 35. Et
Bracar. 2.
can. 9. Et
can. dist.
76. et de
cons. dist. 5.
Ambro. c.
6. dist. 35.

Quid

BONORVM OPERVM. 86

Quid vero his respondendum est, qui legem Ecclesiastici Ieiunij conuellant atque contemnant?

Primum admonendi sunt isti, ne falso Catholicis affingant, quod Apostolus detestatur et Ecclesia semper damnauit in Iudaeis, Manichaeis, et Priscillianistis: quod videlicet aut secundum legem Mosaicam, aut ex superstitione a cibis quibusdam abstineant. Catholici enim, sicut Augustinus Fausto Manichaeo respondet, quod a carnibus abstinent, edomandi corporis causa id faciunt, propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, non quod carnes esse immundas credant. Nec solum a carnibus, verum a quibusdam etiam terra fructibus abstinent: vel semper, sicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicuti per Quadragesimam ferme omnes. Sic Augustinus, atque ante illum id ipsum etiam Epiphanius docet: vbi confutat Arianam haeresim, quae stata Ecclesiae Ieiunia cuique libera esse vult, atque ad ea neminem obligari. Quod vero magni momenti et certi meriti sit, eiusmodi ieiunia reuerenter amplecti, seduloque obseruare, tam aperte probat Hieronymus contra Iovinianum, ut a nullo iure possit addubitari. Nec temere Paulus asseuerat: Bonum est non man-

1. Tim. 4.
Colof. 2.
Et concil.
Gangren.
et Tole. 1.
et Bracha.
ren. 1. Con.
Faustum.
Manich.
lib. 30. Et
Theodoret.
in epitome
diuino. de
cretorum.
Et Ambro.
lib. de He-
lia et iei-
iun. Tum
Cyp. de Ie-
iun. et ien-
tat. Hiero.
lib. 2.
Roma. 14.

ducere

DE TRIPLICI GENERE

ducare carnem, & non bibere vinū. *Quibus addenda sunt, quæ supra docuimus de præceptis Ecclesiæ obseruandis, idque non solum ad scandalum euitandum, & ad disciplinam publicam retinendam, propterque iram, sed etiam propter conscientiam, vt Apostolus dixit.*

Constat etiam, sicut omnium ætatum scriptores comprobant, Ecclesiæ disciplinam, consuetudinem, traditionem, sanctionem hanc & esse constantem, & inde ab initio fuisse, vt diebus quibusdam, præsertim Quadragesima, Ieiunium hoc Ecclesiasticū obseruaretur. Ita docent Canones Apostolorum & Sacrosanctæ Synodi: Gangrensis quidem Anathemate eos ferit, qui communia totius Ecclesiæ Ieiunia contemnūt: Toletana verò communione eos priuari iubet, qui sine ineuitabili necessitate, & euidenti lan- guore carnibus in Quadragesima vescuntur. Prorinde non Ecclesiæ modo matris, sed etiam CHRISTO in Ecclesia sponsa loquenti atque præcipienti resistunt, sibiq; certam damnationem acquirunt, qui sanctum & saluti ferum & ab Ecclesia nobis usque commendatum ieiuniorum institutum abrogant, repudiāntue.

Quid de Ieiunio sacra Scriptura tradit?

Ioël. 2.

Diuina vox est, quæ per Ioëlē ad peccatores clamat

BONORVM OPERVM. 87

clamat: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. *Ibidem.*

Nec multò post: Canite tuba in Syon, inquit, sanctificate ieiunium, vocate cœtū, congregate populum: *vel sicut alij legunt: Sanctificate ieiunium, prædicate curationem. Vt hinc discamus, Ieiunium sanctificari cateris bonis operibus, & sanctificatum curationi proficere peccatorum, vt Hieronymus interpretatur.* Nam *vt idem è sacris literis colligit, per Ieiunia Daniel vir desideriorum futura cognouit: & Ninivite irā placauerūt DEI: & Elias ac Moses quadraginta dierum esurie DEI familiaritate saturati sunt: & ipse Dominus totidem diebus in solitudine ieiunaueret: & acriora demonia docuit, non nisi oratione & ieiunijs, posse superari: & Apostolus frequenter se ieiunasse dicit: & in Psalmis penitens loquitur: Manducaui sicut cinerē panē meū, & potū meū cum fletu miscebā. Et, Cū mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabā in ieiunio animam meā. Demūm quid eo manifestius q̄ quod CHRISTVS affirmat fore, vt cū ipse sponsus, discipulis suis maxime dilectus ablatu sit, tunc illos licet Spiritu sancto plenos, ieiunatos esse: Igitur Paulus ad fideles clamat: Exhibea-*

Hieron. in Ioëlē.

Ibid. & li. 2. in Ioël.

Daniel. 9.

Ioan. 3.

3. Reg. 19.

Exod. 24.

Deut. 9.

Matth. & Luc. 4.

Matth. 17.

2. Cor. 6.

& 11.

Psal. 101.

Psal. 34.

Matth. 9.

Luc. 5.

Acto. 13.

mus

DE TRIPLICI GENERE
 2. Cor. 6. mus nosmetipsos, sicut DEI ministros,
 in multa patientia, in vigilijs, in ieiunijs,
 in castitate. Qui enim sunt CHRISTI,
 Galat. 5. carnem suam crucifixerunt cum vitijs &
 concupiscentijs.

Quid est Oratio?

Est pius nostra metis in DEVM affectus,
 Ex Au. & quopetuntur fideliter, quacunque sunt
 Damasce. nobis aut alijs salutaria. Modum orandi & for-
 mulam singularem CHRISTVS prescri-
 pfit Matthæi sexto, sicuti supra declarauimus.
 Nullum est bonum opus, quod quidem à plu-
 ribus, & sapius, & diligentius, magisq; neces-
 sariò in hac vita Christiano fit exercendum.
 Eccl. 35. Verè dictū illud, Oratio humiliantis se, nu-
 bes penetrabit.

Cur in orando seduli & assidui esse
 debemus?

Quoniam Oratio proprium & necessarium
 est exercitiū fidei, habetq; nō modò serū
 Vidè Aug. epist. 121. & Chryso. præceptum in diuinis literis passim, sed etiam
 de orando DEI promissionem frequentem, plenamq; con-
 solationis atque suauitatis. Dico vobis, in-
 quit ipsa Veritas CHRISTVS: Omnia
 quacunq; orantes petitis, credite quia ac-
 cipietis, & euenient vobis. Etriusum. Ego
 dico

BONORVM OPERVM. 88
 dico vobis, petite, & dabitur vobis: que-
 Luc. 11. rite & inuenietis: pulsate, & aperietur vo-
 bis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui
 quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.
 Atque iterum: Si vos cū sitis mali, nostis
 Matt. 7. bona data dare filijs vestris: quanto magis
 pater vester qui in cœlis est, dabit bona
 petentibus se? Talibus quidem dictis, vt re-
 Libr. 1. de orando Deum. tē colligit Chrysostomus, ac tali spe promoucauit
 nos ad orandum vniuersorum Dominus. Nos
 verò decet obtemperantes DEO, semper omnē
 vitam in laudibus DEI precibusq; transige-
 re, maiore studio curam agentes diuini cultus,
 quàm vitæ nostræ. Sic enim contigerit semper
 viuere vitam homine dignam. Hæc ille.

Quibus exemplis vim Oratio-
 nis & fructum collige-
 mus?

Iacobus Apostolus, vt orationis virtutem
 Iaco. 5. explicaret exemplo, ita scripsit: Elias homo
 3. Reg. 17. erat similis nobis, passibilis, & oratione
 orauit, vt non plueret super terram, & nō
 pluit annos tres & menses sex. Et rursus
 orauit: & cœlum dedit pluuiam, & ter-
 ra dedit fructum suum. Pluribus exemplis Exod. 17.
 Augustinus rem eandem comprobat: Orante 1. Reg. 7.
 Moïse & Samuele vincuntur à Iudæis hostes
 Amā-

DE TRIPLICI GENERE

Amalechitæ atque Philistæi. Orans Ieremias confortatur in carcere. Orans Daniel inter Leones exultat. Orantes tres pueri in fornace tripudiant. Orans de cruce latro inuenit Paradisum. Susanna per orationem inter senes falso accusantes defenditur. Stephanus orans in cælum suscipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur. Quibus exemplis non modò fructus Orationis ostenditur, sed etiam precandi studium ac sedulitas nobis commendatur. Quare Scriptura quoque Apostolica cohortatur: Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Et rursus: Orate pro inuicem ut saluemini: Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Item: Hæc est fiducia quam habemus ad DEVM, quia quodcumq; petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Præterea: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita.

*Iere. 32.
Danic. 6.
Danic. 3.
Luc. 23.
Danic. 13.
Acto. 7.
Hiero.
contra vit.
gilauii.*

*i. Thef. 5.
Iacob. 5.
i. Ioan. 5.
i. Ioan. 5.*

Quid est Eleemosyna?

Est beneficium seu munus, quo alterius miseria ex nostro cõmiserationis affectu subuenitur. Quò spectat id, quod apud Thobiam Raphael Angelus testatur: Bona est Oratio cum Ieiunio & Eleemosyna: ut intelligamus, sicut Cyprianus admonet, orationes

Tob. 12.

BONORVM OPERVM. 89

nostras ac ieiunia minus posse, nisi eleemosynis adiuuentur. Bona misericordia, inquit Ambrosius, quæ & ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectum Patrem. Nihil tam commendat Christianam animam quàm misericordia. Sic ille, Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est, ait Seruator clementissimus, qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à Diabolo.

Serm. 1. de eleemosyn. Lib. 3. Officiorum.

Luc. 6.

Acto. 26.

Quo pacto Scriptura nobis commendat Eleemosynam?

Multis quidem & apertis præceptis, promissionibus & exemplis Cyprianus docet, in Euangelio nihil præcipi frequentius, quàm ut insistamus eleemosynis dandis: nec terrenis possessionibus incumbamus, sed cælestes thesauros potius recedamus. Hinc illa CHRISTI sententia: Quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Vedite quæ possidetis & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis. Atq; alibi: Facite vobis amicos de Mamonâ iniquitatis, vt cū defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Breuiter, Date, & dabitur vobis. Proinde Daniel Propheta impio Regi consulit: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates

Serm. 1. de eleemosyn.

Luc. 11.

Luc. 12.

Luc. 16.

Daniel. 4.

M tuas

DE TRI. GEN. BON. OPE.

tuas misericordijs pauperū. Tum alibi legitur: Igné ardenté extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis. Neq; hominis verò, sed Angelí vox ea fuit, Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiã & vitã aternã.

Quin & CHRISTVS ipse pronúciat. Qui cūq; potú dederit vni ex minimis istis calicé aque frigidę, tantú in nomine discipuli, Amé dico vobis, nõ pdet mercedé suã.

Beati igitur misericordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur. E contrario aut, ut Iacobus affirmat, Iudicium sine misericordiã illi, qui non facit misericordiam.

¶ Quibus exemplis Eleemosynę virtus & fructus declaratur?

In sacris quidē literis Abrahã & Loth ita cõmendãtur, ut propter hospitalitatē & DEO placuisse, & Angelos hospitio excepiisse dicãtur.

Tobiã & Ceterionis eleemosyna tantú valuerunt, ut in memoriã ascēderint in cõspectu DEI & nõ solú testes, sed etiã collaudatores habuerint sanctos Angelos. Zachã CHRISTI verbis permotus, & ex príncipe Publicanorú speculú misericordię factus, dimidium bonorú dat pauperibus. Tabitha, quæ & Dorcas vocatur, ut plena operibus bonis & eleemosynis, quas viduis præsertim faciebat, à Luca celebratur.

DE

De Operibus Misericordiæ.

Quid est Misericordia?

Est, sicut Augustinus affirmat, animi cõdolētis affectus, cū addit amēto beneficij, ut compatiãmur proximo, & largiamur de proprio. Quod misericordiã nomen pro eleemosyna dici & accipi persēpè solet. Omnis misericordia, teste diuina Scriptura, facit locum vnicuique secundum meritú operū suorum. Unde & Chrysostomus: Misericordia est salutis præsidium, fidei ornãmētum, propitiatio peccatorū: Hęc est quæ iustos probat, sanctos roborat, DEI cultores ostētat. Quin etiã, si Ambrosio credimus, Omnis summa disciplina Christiana in misericordia & pietate est.

Sunt ne vnius generis Misericordiæ opera?

Duplicis ea generis esse inueniuntur: cū alia sint corporalia, alia spiritualia. Corporalia quidē dicta, quoniã ad corporale miseriam proximi subleuandã exercētur: Spiritualia verò, q̄ in his saluti proximi spiritali bene cõsulim⁹, atq; operã damus. Huius multiplicis misericordiæ clarū præbet exemplū Iob benignissim⁹, qui de seipso testatur: Ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meę egressa est mecum.

M 2 OCTO

DE OPERIBVS

Oculus fui cæco, & pes claudus: pater erā pauperū, & causam, quā nesciebam, diligentissimē inuestigabā. Conterebam molās iniqui, & de dentibus illius auferebā prædam. Item, Foris nō mansit peregrinus, ostium meū viatori patuit.

Quot sunt opera misericordiæ tum corporalia, tum spiritualia?

Vide canones Dist. 45. & 86.
Septem in utroq; genere numerantur. Ac primū quidē corporalia in hūc modum: Esuriētes pascere, potū dare sitiētibus, operire nudos, captiuos redimere, ægrotos inuisere, hospitio peregrinos suscipere, mortuos sepelire: Deinde verō spiritualia hoc modo digerūtur: Peccātes corrūpere, ignorātes docere, dubitantibus rectē consulere, pro salute proximi DEVM orare, consolari mæstos, ferre patienter iniurias, offensam remittere. Quæ humana pietatis officia, præsertim hominibus Christianis, tam aperta sunt, vt longa tractatione neutiquam egeant.

Quomodo isthæc Scripturis ostenduntur?

Isa. 58.
Prophetæ quidem ac passim: sicut in primis illa Esaiæ verba, aut potius DEI præcepta cōmonstrant: Frange, inquit, esurienti panē tuū, & egenos vagosq; induc in domum tuā. Cūm videris nudū, operi eū: & carnē tuam

MISERICORDIÆ. 91

tuam ne despexeris. Quorum officiorū ingēs quoq; fructus ibidē additur. Tūc anteibit faciē tuā iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Et Ioannes, qui in charitate & misericordia fraterna nobis commendāda totus est, sic inter cætera docet: Qui habuerit substantiā huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas DEI manet in eo? Neque contentus hoc dicto, præclare concludit: Filioli mei, non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quoniā ex veritate sumus. Hæc sunt fidelium, vereq; iustorum opera, quæ in extremo illo iudicio CHRISTVS agnoscet & approbabit: propter quæ Regnū promissum decernet, in princi-
1. Ioan. 3.
Ibidem.
Matth. 25.
Luc. 14.
Dist. 42.
pio.

De spiritualibus autem Scriptura quid testatur?

Rom. 15.
Apostolica sententia in primis huc spectat: Debem⁹ nos firmiores imbecillitatē infirmorū sustinere, & nō nobis placere. Vnusquisque vestrū proximo suo placeat in bonum ad edificationē. Etenim CHRISTVS non sibi placuit. Ac rursus illud: Esto
Eph. 4.

DE OPER. MISERICOR.

te inuicē benigni, misericordes, donantes
Ephe. 5. inuicē sicut & **DEVS** in **CHRISTO** do-
 nauit vobis. Estote ergo imitatores **DEI**
 sicut filij charissimi, & ambulate in dile-
Ephe. 6. ctione, sicut & **CHRISTVS** dilexit nos.
Colof. 3. *Tū postea:* Induite vos sicut electi **DEI**, san-
 cti & dilecti **DEI**, viscera misericordiae, be-
 nignitatem, humilitatem, modestiam, pacien-
 tiam, supportantes inuicē & donantes vobis
 metipsis si quis aduersus aliquem habet
 querelam, sicut **Dñs** donauit vobis: ita &
1. Thef. 5. vos. *Iterū verò:* Corripite inquietos, cōsola-
 mini pusillanimes, suscipite infirmos, pa-
 tiētes estote ad oēs. *Hæc aliaq; id genus per*
multa passim Paul⁹ cōmendat, qui, vt oēs face-
ret saluos, sic omnibus oīa factus est, omniq; fra-
1. Cor. 9. *2. Cor. 11.* *Acto. 20.* *terna misericordiae officio emicuit, vt nobis in*
signe pietatis exemplum vbique præbeat.

Quæ summa est doctrinæ omnis de mise-
 ricordiae operibus præstandis?

Gal. 6. **A** *Postolus rem omnē hoc quasi vnico verbo*
complexus est: Alter alterius onera por-
 tate, & sic adimplebitis legē **Christi**, puta
 legem charitatis. *De qua lege rursus idem:* Si
 quod est mandatū, inquit, in hoc verbo in-
Rom. 13. *1. Tim. 1.* stauratur: Diliges proximū tuū sicut tei-
 psūm. *Breuitē, Vnicuiq; mādauit DEVS*
 de

DE VIRTV. CARDIN. 92

de proximo suo. *Ita verò mandauit, voluit Eccle. 17.*
CHRISTVS interpretatur: Oīa quæcūq;
 vultis, vt faciāt vobis homines, ita & vos
Matt. 7. *Luc. 6.* facite illis. Hæc est em̄ Lex & Propheta.

De Virtutibus Car- dinalibus.

Quid sibi vult nomen & ratio Car-
 dinalium virtutum?

Cardinales quaedam virtutes idcirco di-
 cūtur, quod sint tanquā aliarū fontes &
 cardines, vt quæadmodum ostiū in car-
 dine, sic omnis honestæ vitæ ratio in illis ver-
 setur, ac boni operis vniuersa structura eisdem
 inniti quodammodo videatur. Eiusmodi verò
 quatuor numerantur: Prudētia, Iustitia, Tem-
 perantia & Fortitudo: De quibus ita scriptum
 extat: Sobrietatem, & sapientiam docet,
 & iustitiam, & virtutem: quibus vtilius
 nihil est in vita hominibus. *Vbi per sobrie-*
tatem temperantia, per sapientiam prudent-
tiam, per virtutem fortitudo haud obscure desi-
gnatur, omnesq; ille nobis ita commendantur,
vt ab æterna sapientia, qui DEVS
est, eas propriè conferri, & ingenti cum
fructu humanæ salutis accipi atque exerce-
ri, certò intelligamus. Quæ virtutes etiam

M 4 Offi-

DE VIRTUTIBVS

Officiales dicta sunt, quoniam ab ijs vt Am-
Lib. 1. Offi brosius annotauit, nascuntur officiorum genera-
corum. cunetaq; communis vitæ officia secundum suâ
cuiusq; vocationem deriuantur.

Quomodo Cardinales virtutes
definiuntur?

Prudentia est virtus, quæ secundum bone-
Definit eas dem Arg. sti rationem, quid expetendum, quidue su-
lib. de libe giendum sit, homini præscribit. Iustitia est vir-
ro arbi. tus, qua cuiq; sua tribuuntur. Temperantia, est
De his virtus, qua cuiq; sua tribuuntur. Temperantia, est
Amb. disc. voluptatû carnis, qua gustu atq; tactu
serit libris percipiuntur, moderatrix. Fortitudo est virtus,
3. Officiorû qua labores mortisq; pericula constantè & sus-
cipiuntur, & perferuntur.

Hæc est nobilis quadriga virtutum, qua in
Lib. de Ge cælum vehimur: hæc flumina quatuor paradi-
nesi contra sî, vt Augustinus vocat, cuius & hoc dictum
Manich. est, vt Augustinus vocat, cuius & hoc dictum
Lib. 1. conz extat memorabile. Illa est, inquit, humanarû re-
tra Acade rum scientia, qua nouit lumen prudentiæ, tem-
micos, perantia decus, fortitudinis robur, iustitiæ san-
ctitatem. Hæc enim sunt, quæ nullam fortunâ
metuentes, verè nostrâ dicere audemus.

Quo pacto Prudentia nobis sacris literis
commendatur?

Luc. 11. Omnis prudetiæ fons CHRISTVS, ve
Matth. 10. & ibidem rus ille Salomon, ita docet: Estote prudẽ
Theophyl. tes

CARDINALIBVS. 93

tes sicut serpentes, & simplices sicut colû-
bæ: vt intelligamus, ad perfectâ prudentiâ v-
trinq; coniunctim requiri, columbinâ videli-
cet simplicitatem, quæ innocentes mitesq; facit,
& serpentinâ prudentiam, quæ homines cautos
& providos reddit, vt nec fallât, neq; fallantur.
Id fiet, si Paulinæ doctrinæ nos accomodemus:
Videte Fratres, inquit, quomodo cautè
ambuletis: non quasi insipientes, sed vt sa-
Ephe. 5. pientes: redimentes tempus, quoniâ dies
mali sunt. Propterea nolite fieri imprudẽ
tes, sed intelligetes, quæ sit volûtas DEI, Rom. 12.
bona scilicet, & beneplacens, & perfecta.

De Iustitia quid porrò Scriptu-
ra tradit?

Melius est, inquit, parû cû iustitia, quâ
Pro. 16. multi fructus cû iniquitate. Et rursus:
Iustitia eleuat gentem: Iustitia firmatur so-
Pro. 14. lium. Cuius quidem iustitiæ officium nobis per
Pro. 16. Apostolû his verbis explicatur: Reddite om-
Rom. 13. nibus debita: cui tributû, tributû: cui ve-
ctigal, vectigal: cui timorem timorem: cui
honore, honorem. Huc spectant iusti & bea-
ti viri partes, his verbis in Psalmo decantate: Psal. 14.
Qui nõ egit dolum in lingua sua, nec fe-
cit proximo suo malû, & opprobriû non
accepit aduersus proximos suos: Qui iu-
rat

DE VIRTVT. CARDIN.

rat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munerera super innocentem non accepit. *Ex quo facile constat, Iustitiae nomen contractus hic accipi, quā ubi generatim de Iustitia Christiana differimus.*

Quo modo Temperantiam Scriptura docet?

HOc ipso sanè, Sobrius esto: *Et, Modico vino utere, quæ verba sunt Apostolica, sicut & illud: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Sic idē Paulus nos procul esse iubet à commessationibus & ebrietatibus, à cubilibus & impudicijs, quæ sunt opera tenebrarū. Addit præterea: Carnis curā ne feceritis in desiderijs. Cui cōsonat Ecclesiasticus, ubi sic habet: Noli auid⁹ esse in omni epulatione, & non te effundas super omnē escā. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad cholera. Propter crapulam multi obierūt. Qui autem abstinentis est adiciet vitam.*

De Fortitudine quid habet Scriptura?

